CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMEN QVARTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXI

INSCRIPTIONES

PARIETARIAE POMPEIANAE

HERCVLANENSES STABIANAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

CAROLVS ZANGEMEISTER

ACCEDVNT

VASORVM FICTILIVM

EX EISDEM OPPIDIS ERVTORVM

INSCRIPTIONES

EDITAE A RICHARDO SCHOENE

ADIECTAE SVNT TABVLAE LITHOGRAPHAE QVINQVAGINTA SEPTEM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXI

CAROLI ZANGEMEISTERI PRAEFATIO.

1. Parietariae inscriptiones a monumentorum titulis lapidi vel aeri incisis eo differunt, quod non publica aut privata auctoritate ad rei alicuius memoriam propagandam factae sunt, ita ut vel ipsae pro monumento sint aut cum monumento aliquo artissimo vinculo cohaereant, sed privatorum arbitrio ad tempus scriptae, aliae, dico munerum edendorum locationumque edicta et candidatorum programmata, ut temporariae alicui rei inservirent et a quam plurimis legerentur per vias propositae sunt, aliae, ut carbone terrave aliqua et graphio scriptae, utcumque praesens et subita affectio monebat, parietibus inlitae sunt, sive scriptor alicuius mores palam notare voluit (quo pertinent carbone rubrica aliave terra scriptarum pleraeque nonnullaeque graphio exaratae), sive id egit, ut quae mentem suam commotam tenerent parieti inscribendo efferret nec vero ut quae inscriberet aliis legenda proponeret. — Non minus a monumentorum titulis parietarii distant litterarum forma, quae in penicillo pictis minus a quadrata recedit, in ceteris autem in id scripturae genus abiit, quod quamvis multifariam in singulis conformatum communi cursivae litteraturae appellatione comprehendimus. Itaque cum parietariae inscriptiones et ita conceptae sint, ut laxioribus quam monumentales legibus sint adstrictae, et ita exaratae, ut pro varia scriptorum indole vel voluntate diversissimis litteris utantur, legendi atque interpretandi et propriam habent difficultatem et propriam sibi poscunt artem. Velut, ut his utar, si qua in pariete scripta inminuta est, quanta eius pars perierit perspici fere non potest; deinde fieri potest, ut pictarum litterae aliquot evanuerint, licet parietis superficies minime laesa sit. Quae cum ita sint universi huius generis inscriptiones ceteris inmisceri non debuerunt, sed seorsum colligendae fuerunt; proprio autem hoc volumine editae sunt cum ob alias causas tum quod hoc genus inscriptionum recte edi non potuit nisi ut ex parte certe tabulis depingerentur, id quod in reliqua sylloge leges operi dictae ut fiat nequaquam admittunt.

De veterum parietes inscribendi consuetudine, quae quam late patuerit maxime ex hac sylloge intellegi licet, quaedam composita sunt infra p. 10; quibus hoc loco addidi et inscriptionum et auctorum veterum testimonia haec: n. 1904. 2461. 2487: *admiror, paries, te non cecidisse ruina, qui tot scriptorum taedia sustineas*; *Annali dell' Inst.* 1860 p. 434: *C. Julius Anicetus ex imperio Solis rogat, nequis velit parietes aut triclias inscribere aut scariphare*; *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 53: πολλοὶ πόλλ' ἐπέγραψαν, ἐγὼ μόνος οὐ[κ] [ἐ]πέγραψα. — Plaut. Mercat. II 3, 74: *inpleantur meae fores elogiorum carbonibus*; Martial. XII 62: *quaeras censeo, si legi laboras, nigri fornicis ebrium poëtam, qui carbone rudi, putrique creta scribit carmina* et q. s.; Cicer. Verr. II 3 c. 33 § 77: *Aeschrionis Syracusani uxor est Pipa, cuius nomen istius nequitia tota Sicilia pervulgatum est; de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur*; Sueton. Ner. 45 *Statuae eius a vertice cirrus appositus est cum inscriptione Graeca,* nunc demum agona esse, et traderet tandem! *Alterius collo ascopera deligata, simulque titulus:* Ego quid potui? sed tu culleum meruisti. *Ascriptum et columnis,* iam Gallos eum cantando excitasse; Plin. epist. VIII 8 § 7: *nam studebis quoque, et leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille deusque* [i. e. Clitumnus] *celebratur.* Plutarch. C. Gracch. 17: διὸ καὶ νυκτὸς ὑπὸ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ νεὼ [Ὁμονοίας] παρενέγραψάν τινες τὸν στίχον τοῦτον· Ἔργον ἀπονοίας ναὸν Ὁμονοίας ποιεῖ. Graecorum usum testantur hi: Schol. Aristoph. Vesp. 98: ἐπέγραφον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ τῶν καλῶν ὀνόματα οὕτως· Ὁ δεῖνα καλός, cf. 99; Lucian. dial. meretr. 10, 4: ΧΕΛΙΔΟΝΙΟΝ. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐπιγράψειν μοι δοκῶ ἐπὶ τοῦ τοίχου ἐν Κεραμεικῷ, ἔνθα ὁ Ἀρχιτέλης εἴωθε περιπατεῖν, Ἀρισταίνετος διαφθείρει Κλεινίαν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου συνδραμεῖν τῇ παρὰ τοῦ Δρόμωνος διαβολῇ. ΔΡΟΣΙΣ. Πῶς δ' ἂν λάθοις ἐπιγράψασα; ΧΕΛ. Τῆς νυκτός, ὦ Δροσί, ἄνθρακά ποθεν λαβοῦσα. Adde quae adscripsi ad n. 1808; praeterea cf. Boettiger in *Amalthea* III p. 342, Avellino in *Memorie d. reg. accad. Ercol.* III p. 349 not. et *Bull. Nap.* V (1847) p. 154 not. 4, Garrucci *graffiti* ed. 2 p. 5.

2. De variis parietariarum inscriptionum generibus cum et in singularum huius syllogae partium prooemiis et in Indice epigraphico dixerim, iam exponendum mihi est de hominibus doctis, qui in eis describendis edendisque hucusque versati sunt. Ex quo tempore Pompeiorum parietinae refodi coeptae sunt, per multos annos pictae ac maxime graphio scriptae cum ab aliis tum ab eis, quorum esse debebat antiqua illa rudera non solum eruere sed etiam conservare memoriamque eorum propagare, parum curatae sunt neque huc usque quisquam de utrisque ita bene mereri voluit, ut et superstites ex parietibus ipse transscriberet et olim lectas editasque colligeret et emendaret. Cum vero eae inscriptiones ita comparatae sint, ut haud raro paullo post quam detectae sunt evanescant, saepe una cum opere tectorio vel delabantur vel corrodantur inminuanturque: permultae non descriptae prorsus perierunt, permultae male descriptae denuo nunc conferri non possunt.

3. In auctorum elencho primo loco ponenda sunt acta effossionum, quippe quae, cum de effossionum progressu perpetua continuitate referant, permultos titulos sola conservarint, omnes vero eis apographis exhibeant, quae titulis proxime detectis facta sint, quo tempore ut integriores extare ita lectu faciliores esse solent. His actis et publicis et privatis e codicibus manu scriptis editis libro q. i. e. Pompeianarum Antiquitatum Historia

Fiorellius optime de rebus Pompeianis meritus est. [1]) — Publica, ab a. 1748 usque ad 7 Iul. 1764 Hispanico, inde Italico sermone conscripta, ea sunt quae, ut Fiorellii verbis utar, a praefectis ei labori conscripta et Neapolim ad Musei correctores missa sunt. Quae relationes cum non integrae restent, eorum codicum mss. lacunas cum ex aliis schedis (hebdomadarias relationes, diurnalia, glossas, adnotatiunculas Fiorellius nominat) tum maxime ex codice Ribaviano, qui a. 1829 ab Aloysio Ribau ex integro actorum codice sermone Italico descriptus est, explevit Fiorellius, ut effossionum enarrationem „quamquam plurimis ex fontibus petitam" perpetuam exhiberet. Haec fere sunt, quae brevius quam ut inde ea quae singuli codices contineant aut non contineant perspici possit de editionis suae fontibus Fiorellius praefatione indicavit, perpetuo quem promisit commentario uberius ni fallor quibus singula quaeque auctoribus codicibusque debeat enarraturus. [2]) Ea editio desinit in anno 1860. Ex posteriorum annorum actis ab officialibus scriptis (*Giornale dei soprastanti*) quaedam habentur in Fiorellii *Giornale degli scavi* 1862 n. 8—10 (2 Jan. — 14 Sept. 1862) et in *Giornale degli scavi. Nuova Serie*, vol. I n. 1—10 (1868 — Apr. 1869).

4. Praeter hanc actorum editionem usus sum Mommseni ex codice quodam manu scripto excerptis (acta mscr. vel acta Mommseni appellavi), quae pertinent ab a. 1748 ad a. 1830. Eum codicem non ab ipsis effossionum curatoribus conscriptum esse vel inde patet quod totus Italico sermone utitur; fortasse idem est atque quem supra memoravi Ribavianus. Multae in eo inscriptiones paullo aliter descriptae, videlicet ex alio fonte haustae, leguntur atque apud Fiorellium (cf. veluti n. 98 cum add.), aliarum mutilae litterae vel parum clarae typisque vix exprimendae melius repraesentantur quam in editione, alia, quae utpote levissima Fiorellius tacite correxit, intacta sunt relicta. In his excerptis afferendis quomodo versatus sim infra § 6 exposui.

5. Acta privata extant Caroli WEBER a. 1755—1757 (apud Fiorell., Pomp. Ant. Hist. vol. I 2 p. 95 [3]), alia Francisci LA VEGA a. 1763—1790 (vol. I 2 p. 102 Fior.), alia denique Raphaelis AMICONE. Quorum ultimorum maximam partem, quae pertinet ab Nov. 1814 ad 6 Iul. 1831 et ab 15 Mai. 1837 ad 7 Sept. 1844 edidit Fiorelli l. c. vol. III; sed procedere usque ad a. 1846 intellegitur ex Mommseni I. R. N p. 112. Amicone de multis solus aut melius vel certe aliter atque publica acta tradidit.

6. Usus sum eis quoque quae Mommsenus ex Raphaelis Amicone codice ad has inscriptiones excerpsit; ea desinunt in mense Augusto anni 1845 (v. n. 1532); nominavi autem: Amicone mscr. — Editionis Fiorellianae et ab his et ab illis quae § 4 memoravi excerptis discrepantiam ubique notavi, nisi in levissimis quibusque rebus, quas Fiorellium typorum plerumque inopia coactum tacite correxisse mihi certum esset. Descriptionem tamen monumentorum locorumque indicationes ex impressis actis semper exhibui, quippe quae ab Mommseno brevius exscriptae sint.

7. Acta qua publica qua privata licet conscripta sint ab hominibus qui inscriptionibus parietariis legendis parum pares essent, non una tamen de causa aliis auctoribus praestare solent: etenim paullo post detectos titulos conscripta sunt, quo tempore, ut dixi, inscriptiones et integriores esse solent et lectu faciliores; deinde quia illi viri doctrinae vel sagacitatis laudem captare longe habebant, sincera fide ea sola testati sunt, quae oculis suis viderant, non ea se vidisse ipsi sibi persuaserunt, quae, ut sententiam mente temere conceptam utcumque parieti elicerent, videre vellent. Quare multae inscriptiones quamquam male lectae ita tamen descriptae sunt, ut apographi vestigiis insistens facile ad ipsam veritatem ducare. Tum hoc actis debetur, quod pictarum magnam partem sola servarunt; graphio scriptas exhibent paucissimas easque fere parum intellectas. Denique acta nisi extarent, fieri plane non potuisset, ut pictas inscriptiones secundum locos quibus extabant digererem.

8. Actorum loco praeterea habenda sunt haec, quae Fiorellii libro non comprehensa sunt: primum ea quae Orellius Inscr. Lat. Coll. n. 4909 „ex descriptione mss. amphitheatri" edidit (v. nostras n. 1098 seqq.); deinde quae habentur in *Bullettino dell' Inst.* prioribus voluminibus: quorum eis quae ad annos 1829—1831. 1833.

[1]) Eorundem editionem inchoaverat libro q. i. e. *Giornale degli scavi di Pompei, Napoli* 1850—1851.

[2]) Pauca interim, quae de actis publicis ab ipso Fiorellio accepi addere possum haec: Triplex inde ab a. 1748 erat actorum genus; primum eorum quae ab opificibus (*maestri fabbricatori*) ad officiales (*soprastanti* vel *architetti*), alterum eorum quae ab his ad directores (*architetti direttori* vel *soprintendenti degli scavi*), tertium eorum quae ab his Neapolim ad praefectos regios vel ad musei correctores relata sunt subscriptis plerumque auctorum nominibus. Quae nomina cum Fiorellius, commentario ut puto reservata, ipsi actorum contextui non inseruerit, operae pretium facturus esse mihi visus sum subiecto eorum virorum elencho, qui inde ab a. 1748 ad hoc tempus effodiendorum Pompeiorum curam egerunt. Eum debeo amicae voluntati Fiorellii, qui sua manu perscriptum mihi transmisit.

I. *Soprintendenti degli scavi.*	II. *Ispettori.*	III. *Architetti direttori dello scavo.*	IV. *Architetti locali o subalterni.*	V. *Soprastanti.*	VI. *Uffici minori e diversi.*
Felice Nicolas 1806	Raffaele Minervini 1811-1815	Rocco Gioacchin. Alcubierre 1748-1780	Carlo Weber 1750-1764	Gioacchin. Perez Conde 1766-1799	Antonio Scognamiglio capo mastro 1757-1781
Michele Arditi 1807-1839	Giuseppe Fiorelli 1847-1849	Francesco La Vega 1780-1804	Francesco La Vega 1765	Giuseppe Civitelli 1811-1824	Pasquale Scognamiglio capo mastro 1781
Francesco M. Avellino 1839-1850	Giuseppe Fiorelli 1860-1863	Pietro La Vega 1804-1815	Mariano Manzilli 1811-1815	Antonio Imparato 1811-1824	Antonio Imparato capo d'opera 1781
San Giorgio Spinelli 11 Mai. 1850 — 10 Apr. 1863		Antonio Bonucci 1815-1825	Carlo Bonucci 1828-1848	Raffaele Amicone 1813 [— 10 Apr. 1829; 15 Mai. 1837-1846]*)	[Nicola Gargano incaricato degli scavi 1807, v. Fiorelli Pomp. ant. hist. I 2 p. 177 et 185]
Giuseppe Fiorelli 29 Nov. 1863		Nicola d'Apuzzo 1825-1828	Raffaele Campanelli 1852	Francesco Scognamiglio 1813	Mariano Manzilli sorvegliante 1815
		Pietro Bianchi 1832-1848		Mauro Imparato 1820	Pasquale Scognamiglio sorvegliante 1815
		Giuseppe Settembre 1849-1851		Francesco Imparato 1820	
		Guglielmo Bechi 1851-1852		Gabriele Cirillo 1847-1849	
		Gaetano Genovese 1852-1862		Andrea Galella 1850	
		Michele Ruggiero 15 Sept. 1862		Gabriele Cirillo 1851-1860	
				Antonio Imparato 1859 [-1867]	
				Nicola Pagano 1860-1862	
				Domenico Scognamiglio 1860	
				Andrea Fraja 1860	

*) Uncis inclusa ipse addidi.

[3]) Eadem prius edita erant in Annalibus Instituti Archaeol. II p. 42 et Monumentis eiusdem Instituti I t. 16; ubi tamen inscriptionum aliae ex parte exhibentur, aliae omissae sunt. Schedas et tabulam Instituto, ut ab Eduardo Gerhard accepi, transmiserat De Iorio, in cuius manibus tum erant: cf. Cesare, *Le più belle ruine di Pompei. Napoli* 1845 p. 85.

1834 spectant, multae inscriptiones parietariae continentur; tum quae annalibus auctoritate regia editis (*Annali civili del regno delle due Sicilie*) B. Quarantae (ab a. 1833—1847) et Moschittii (ab a. 1854 — Apr. 1855) cura prodierunt ex actis publicis fere transscripta, ut tamen de quibusdam sola referant: v. n. 241. 531—533. In eis quod aliquotiens ROB pro ROG (velut n. 839), E pro O/F (n. 837. 838), N pro R (n. 837) inpressum legitur, id haud dubie inde repetendum est, quod typographus in auctoris exemplari legendo ita erravit, ut G, O/F, R minusculas litteras *b*, *e*, *n* esse putaret; denique quae in R. Guarinii libellis ex Jorii schedis et aliunde sumta reperiuntur, v. ad n. 151 seqq., pag. 26 lin. 12, n. 1183.

9. Secuntur diaria, quae per singulos annos de effossionum progressu rettulerunt, inscriptionumque apographa paullo post quam detectae fuere facta continent. Guilelmus Bechii in Musei Borbonici voluminibus I—XIV de eis quae a Nov. 1823 ad Ian. 1852 Pompeis effossa sunt enarravit, permultosque titulos inseruit a se ipso descriptos; sed prooemio, quod illis relationibus (*relazioni degli scavi*) praemisit (vol. I p. 1—9) quotquot affert inscriptiones non dubium est quin non ipse viderit (quamquam *si legge* similiaque addit) sed ex actis petiverit. Deinde hoc sciendum est, pro nota O/F, quam OR i. e. *orat* interpretaretur, hoc OR eum, ubi in pariete erat O/F, posuisse eiusque exemplum imitatos esse alios velut Quarantam in Annalibus civilibus; cf. ad n. 619. Denique pictorum titulorum imagines, quae ligno incisae apud Bechium habentur, non ad exempla delineata sed ad apographa non fidissime litterarum formam defingentia repraesentatas esse facile perspicitur; quare non possumus non magno opere mirari, quod Niccolinii in opere suo (*Case e Monumenti*) talia repetere quam unam ex superstitum inscriptionum multitudine ad ipsum parietem depictam exhibere maluerunt.

10. Eiusdem Musei Borbonici voluminibus XV et XVI (cuius ultimi prior pars a. 1857, altera a. 1867 prodiit) Ioannes Bapt. Finati de effossionibus ab a. 1852 ad a. 1857 factis rettulit, sed et minus plene quam Bechius et ita ut multa ex inpressis libris sumeret. Eius autem viri in eodem volumine edendo quanta fuerit levitas insigni exemplo probari et potest et debet; viae enim q. d. *dei sepolcri* forma, quam vol. XVI tab. XIV exhibet a Genovesio delineatam, eodem plane modulo nullaque una littera addita descripta est ex Gellii et Gandyi libro Londini a. 1817—1819 edito, ita ut quaecumque inter a. 1819 et 1857 detecta sunt in ea desiderentur.

11. Bvllettino dell' institvto. Eo praeter illa quae ex actis publicis edita exhibentur (v. § 8), multae inscriptiones parietariae editae sunt ab Francisco M. Avellino a. 1831 et 1841, ab Henr. Guil. Schulz a. 1841 (cf. *Annali dell' Inst.* X. 1838), ab Adolpho Michaelis a. 1858, ab Adolpho Kiessling a. 1862, a me ipso a. 1865 et 1867, a Richardo Schoene a. 1867, a Renardo Kekulé a. 1867, ab Henrico Heydemann a. 1868, a Friderico Matz a. 1869.

12. Bvllettino archeologico napoletano ab a. 1843 ad a. 1848 ab Avellinio, a. 1853 a Garruccio et Minervinio, deinde usque ad a. 1862 a solo Minervinio editum.

13. Giornale degli scavi di Pompei *pubblicato da Gius. Fiorelli*, cuius quae prodierunt ad annorum 1861. 1862. 1865 particulas pertinent. A tribus his viris, Avellinio, Minervinio, Fiorellio uberrime et accuratissime de illorum annorum effossionibus relatum est.

14. *Giornale degli scavi di Pompei. Nuova serie pubblicata dagli alunni della scuola archeologica.* Vol. I; cuius qui editi sunt fasciculi n. 1—10 ad effossiones a. 1868 et 1869 spectant.

15. Ceteri libri, quibus inscriptiones parietariae continentur hi sunt: Dissertationis Isagogicae ad Herculanensium voluminum explicationem pars prima. Neapoli 1797. — Eam ex materia ab Alexio Symmacho Mazochio collecta edidit Carolus Maria Rosini. Partes altera et tertia non prodierunt, quamquam haec citatur p. 13 not. 11 (v. ad n. 2512). Cf. Castaldi, *Accad. Ercol.* p. 61 et 223; Arditi, *Il fascino* p. 2 not. 2; De Blasiis in Fiorellii *Giornale* 1862 p. 25 seqq. — Continet graphio scriptam fortasse nullam (v. n. 2512), sed multas pictas inscriptiones, quarum cum bona pars in museo Neapolitano reposita superstes sit, satis accurate, quamquam aliquotiens infeliciter, rem gessisse Mazochium Rosiniumque diiudicare potui.

16. In egregio Francisci Mazois architecti opere paucae reperiuntur quae huc spectent inscriptiones, sed accurate ab ipso descriptae, exceptis tamen eis, quae vol. III tab. I conpositae sunt, non ex imaginibus ab Mazoisio delineatis sed ex aliorum auctorum apographis repraesentatae: v. ad n. 138. De aliis quas sine fraude ipse confinxit v. ad n. 140* seqq. Primus rubrica scriptas edidit; v. n. 88 et 90. — Pompeis degebat ab a. 1808 usque ad Muratiani imperii finem, deinde a. 1816; mortuus est a. 1826. Cf. Index Auctorum.

17. Porro conmemorandi sunt Clarac, Millin, Arditi, Avellino, Gell & Gandy, Anonymus in *Wiener Jahrbüchern*, de Iorio, Goro, Garrvcci, Minervini, Falkener et si qui sunt alii, qui opusculis suis, quae Indice Auctorum indicavi, nonnullas inscriptiones parietarias inseruerunt. Eorum his Arditio, Avellinio, Iorio maxima praeter ceteros tribuenda est auctoritas, quippe qui rerum Pompeianarum gnari in legendisque titulis satis versati essent; Iorii libellus praeterea ad acta recte intellegenda maximae mihi saepe utilitatis fuit. Gell & Gandy eo nomine laudandi sunt, quod locos ubi inscriptiones viderant accurate indicaverunt.

18. Denique nomino hos testes parum idoneos, qui inscriptiones vel ex libris inpressis neelegenter repetiverunt vel male ipsi ex parietibus descripserunt: Romanellivm, qui libros suos a. 1811 et 1817 editos quamquam in hominum peregrinantium usum composuit, excusari tamen non poterit, quod titulos eo modo diffinxit, interpolavit, falsis locis attribuit (v. n. 479—480. 485. 1093. 1162. 1187), ut quaecumque eius unius testimonio tradita sunt fide fere prorsus carere existimanda sint (v. n. 830*a* — 830*c*. 1200); nisi quod locatio n. 138, cuius non extare nisi Romanellianum apographum docuisse mihi videor, quamquam in quibusdam partibus falso descripta est, universo tamen contextu genuinam se prodit; Bonvccivm, qui tantum non omnia ex actorum schedis vel ex inpressis libris parum accurate repetivit, nec vero prorsus reiciendus erat propterea, quod de quibusdam rebus vel solus vel inter paucissimos tradidit; Gvarinivm cuius libellos permultos magno temporis dispendio, rei emolumento fere nullo excussi; praeter hos enim n. 8 et 9 nullum opinor titulum ex ipso pariete descripsit, ceteros omnes ex libris vel editis vel ineditis (velut ex Iorii schedis sive actis, v. n. 151 seqq., pag. 26 lin. 12, n. 1183) excerpsit suppresso plerumque auctoris sui nomine. Libri splendidissimi a Niccoliniis editi (*Le case e monumenti di Pompei*) commentarium qui scripsit, is inscrip-

omnes ex *Bull. Napol.* et aliunde ita repetivit ut adeo typographicos aliquot errores non corrigeret. Quare hunc commentarium numquam citavi; tabulis usus sum, si cuius aedificii formam alibi nondum editam exhibent (v. ad n. 805*b*), ad inscriptiones autem solas has n. 879 et 2330, quae ad ipsa archetypa videntur repraesentatae esse.

19. Quoscumque hucusque attuli libros, ii paucissimis exceptis pictas solas inscriptiones exhibent, non graphio scriptas. Ad quarum auctores antequam pergam tribus verbis commemorandum est Garrvccivm (*Bull. Nap.* 1853 p. 150) et de Petram (*Sulle condizioni delle città italiche* p. 73—79) candidatorum programmata quaedam composuisse; quorum hic uno n. 1045 excepto omnia ex impressis libris, ille plura ex suis apographis, sed parum diligentibus, exhibuit.

20. Inscriptiones graphio exaratae usque ad annum huius saeculi trigesimum alterum paene omnino neclectae sunt. Unde factum est, ut cum aedificia publica, quorum parietibus permulta id genus inscripta fuisse vel scimus vel certis indiciis conicere possumus, velut amphitheatrum, theatra cum porticu, basilica, ante illud tempus effossa sint, delapso interim vel corroso opere tectorio magnam fecerimus iacturam numquam reparabilem. Actorum enim scriptores paucissimas exhibent, easque fere omnes ita descriptas, ut ex paucis sententiam elicere possis. Primae earum sunt n. 2132—2134, in Isidis aede detectae; quarum apographum, quod litterarum formam imitari ex Mommseniano apparet, quominus ad ipsum codicem edere potuerim, factum est casu infelici: etenim a. 1868 cum Fiorellius delineandum mihi traditurus esset, ipsae illae schedae frustra quaerebantur. Aliae deinde habentur in actis a. 1767 et 1813 e ludi gladiatorii (v. n. 2473 seqq.) et basilicae (v. n. 1819. 1825. 1897. 1948. 1949) parietibus descriptae. Ex actorum codice eas ediderat Garruccius *graffiti* ed. 2 p. 9 et p. 14.

21. Christoph. Theoph. de Mvrr libello, q. i. e.: Specimina antiquissima et q. s., quique prodiit Norimbergae a. 1792, ex ludi gladiatorii (quod castrum militare esse tum putabant, cf. sub n. 2481*a*) columnis ab homine Italo anno 1783 descriptas et ab amico eodem anno sibi transmissas inscriptiones XXV edidit ligno incisas; quarum pleraque pars ut non recte excepta erat ita non mirabimur quod a Murrio infelicissime explicata est. Paullo meliora sunt apographa, quae idem Mantissa a. 1793 edidit, undecim inscriptionum, inter quas tres sunt, quas iam in priore libello repraesentaverat. De ea Mantissa Murrius „ab amico aestumatissimo, inquit, qui meam lucubratiunculam legerat, accepi e dulcissima Parthenope istas delineationes exactissimas, veram litterarum magnitudinem exhibentes". Ego XVI inscriptiones Murrianas, quas vel ipse reppererim superstites vel alii testes idonei viderint vel bene descriptas putaverim, huic syllogae inserui, reliquas inter inscriptiones suspectae lectionis amandavi. — Murrio soli debetur velut n. 2483.

22. Post Murrium primus Clarac graphio scriptas curavit, qui in libello *Pompei* inscripto n. 2450 et 2468 accurate delineatas exhibuit; deinde paucae innotuerunt Gellii et Gandyi libro a. 1817—1819 edito (v. n. 1779. 1842. 2432), aliae debentur huius libri censori anonymo in Annalivm Vienniensivm a. 1822 vol. XX (v. n. 1819. 1842. 1936. 1939. 1943), aliae ex basilicae parietibus exscriptae Caroli Bonvcci libello (v. ad n. 1819), ex quo [illegible] repetivit Gell in Pompeianis suis a. 1832 editis; aliae denique circa eosdem annos Musei Borbonici et *Bull. dell' Inst.* voluminibus.

23. Chr. Wordsworth ex largo numero (v. ipsum p. 31) earum quas aestate anni 1832 Pompeis descripserat praeter n. 64 pictam parietariam et n. 2552. 2589. 2628. 2629 quas in amphoris legit triginta duas graphio scriptas scite selectas edidit a. 1837. Fere omnes ligno incisas exhibuit, nec vero ad exempla delineata, sed ad apographa, quae litterarum formam a vera non mediocriter distantem repraesentant, ita ut ipsorum archetyporum lectio multo sit expeditior. In legendis inscriptionibus quod saepius ab eo erratum, deinde quod veram versuum distributionem in multis inmutatam deprehendimus (exceptis enim n. 1950. 1951. 2462 omnes repperi parietarias), ea facile excusabimus in eo, qui fere primus titulos lectu difficiliores attigit ac fortasse non ut prelo mandaret descripsit. Praeterea fortasse adnotatis suis male intellectis eo inductus est, ut hanc n. 1870 lacuna, pictam n. 64 integro versu interpolaret. Verum omnino libello suo eleganter lepideque scripto optime de re nostra meritus esse censendus est, quippe quo effecerit, ut inde ex illo tempore hoc inscriptionum genus minus neclegi coeptum sit etiam ab eis ipsis qui eruendorum Pompeiorum curam agebant.

24. Franciscus Maria Avellino, vere doctus sinceraeque fidei homo, dissertatione a. 1840 apud academicos Herculanenses lecta (*osservazioni sopra alcune iscrizioni e disegni graffiti sulle mura di Pompei*) has n. 1422. 1421. 1333—1365 aere accurate incisas et maxima ex parte non male lectas, plures deinceps in eius *Bull. Nap.*, quod ipsius cura prodiit, sex voluminibus edidit. Eiusdem viri optimo consilio debetur, quod operis tectorii partes inscriptionibus opertae nonnullae ex basilicae (v. ante n. 1780) et viae Mercurii (v. ante n. 1333) parietibus exeisae et in museum Neapolitanum translatae sunt.

25. Anno 1840 Ioannes Ferdinandus Massmann Libello suo Aurario, quo tabulas ceratas in fodina auraria Transilvaniae repertas edidit, aliquot inscriptiones graphio factas unamque rubrica scriptam (n. 89) ex Boeckhii, Augusti filii, apographis ligno incisas exhibuit. Ipse auctor exemplaria sua quae ex Boeckhii apographis ut ligno incideret charta pellucida delineaverat utenda mihi dedit; quae intellexi accurate in libro repetita esse. Accessit autem ex eis unum fragmentum n. 26*. — Plurimae earum inscriptionum a me vel a Mommseno repertae sunt; ut apographa licet fideliter non satis tamen perite facta esse, Massmannum autem in eis legendis parum feliciter versatum esse intellegere potuerim. Quare eas quae vel perierunt vel certe nos latuerunt, in inscriptionibus quae sunt suspectae lectionis exhibui; ut autem lectorum temporibus parcatur (difficillimum enim erat ad suam quodque apographum inscriptionem revocare), omnium elenchum infra exhibui. § 139] n. 1274. 1304. 1321. 1322. 1764. 2477*a*? 19*. 1205. — § 140] n. 1768 v. 2. 20*. 1480 v. 1. 21*. — § 141] n. 1479. 1767. 1475. 1271. 22*. 23*. 1294. — § 142] n. 1326. — § 143] n. 1768 v. 1. — § 145] n. 1272. 24*. 1774 (not.). 89. 25*. 1466. 1270. 1295. — Denique § 146] pictam n. 202 ex Museo Borb. repraesentavit.

26. Iosephus Fiorelli per plures annos quidquid graphio scriptarum in parietibus Pompeianis latebat investigaverat descripseratque, ut iacturam gravissimam eo fecerimus, quod eius schedae anno 1849 ab amico male et Fiorellio et sibimet ipsi pavente flammis combustae sunt. Paucas quas Mommseno donaverat in nostris repperi (v. n. 1222*a*. 1229—1231*a*. 1247*a*).

27. Raphael GARRVCCI inscriptionum graphio scriptarum quas ipse in parietibus Pompeianis [1]) reppererat, optimo sane consilio, syllogen edidit libro, cuius prior editio inscripta est: *Inscriptions gravées au trait sur les murs de Pompéi.* et q. s. *Bruxelles 1854*; altera: *Graffiti de Pompéi* et q. s. *Paris 1856.* — Qui posterior liber intellegendus est, ubicumque auctorem simpliciter citavi. Inspexi etiam priorem editionem; in qua tabularum (exceptis XXIX—XXXI quae huic desunt) typus plane idem est; ex eiusdem commentario qui multis differt, si quae memoratu digna viderentur adnotavi. — De tabulis suis auctor ipse p. 1 haec notavit quae secuntur: *Presque toutes les inscriptions reproduites dans ce recueil ont été calquées de ma main* [i. e. charta pellucida delineatae]; *je le dis pour qu'on sache que je m'en fais garant. Lorsque je les ai seulement dessinées* [i. e. descriptas], *j'ai soin d'en avertir.* Nec vero promisso stetit; nam praeter eas quas p. 86 dicit tab. XXVI. XXVII. XXVIII (excepta n. 35), alias quoque ex apographis exhibuit velut n. 1555. 1605 seq. 1760. Exempla eius delineata eo maxime vitiosa sunt, quod lineas solas eas, quas per chartam pellucidam ipse vidit, repraesentant, ceteras quasque omittunt; unde litterae Garruccianae fere omnes in lineas seorsum positas discerptae sunt, fere nulli plena et vera forma ita servata est, ut graphii ductum agnoscere recte possis, eiusque inscriptiones contra atque esse debet lectu sint multo difficiliores quam ipsae Pompeianae. Haud raro tamen in alteram etiam partem peccavit, ut lineas vel lineolas quae in pariete non extant addiderit (velut n. 1555. 1760. 1901. 1917). Apographa eius, quorum litteras magis etiam a vera forma discedere vix est quod addam, quoad cum parietibus conferre potui raro ita facta esse deprehendi, ut omnino recte se habeant [2]). Praeterea exempla eius qua delineata qua descripta eo nomine manca esse solent, quod tectorii lacunas, quibus inscriptionum particulae perierunt aut periisse possunt, rarissime indicant. Haec quae dixi ita se habere quia paucis earum inscriptionum quas ipse repraesentavi cum Garruccianis collatis intellegere quivis potest, singula non est cur exemplis comprobem. Nec minus longum est plene enumerare quibus locis versus vel male vel omnino non diviserit vel versuum ordinem inverterit (cf. velut n. 1272. 1306 seq. 1781 seqq. 1792. 1878. 2052.), unam inscriptionem in plures partes discerptam diversis locis dederit (velut n. 1901), diversas coniunxerit (velut n. 1337. 1343 seq. 2060. 2325 seq.), denique quibus locis tabularum imago cum commentario discrepet (velut n. 1773. 2450 v. 3), ut taceam de auctoribus librisque male citatis. — Locum quo quaeque inscriptio extet fere semper tacuit, numquam autem satis accurate ita ut reperire queas indicavit; quod tamen scire magni est momenti propterea, quod aliae saepe inscriptiones ex aliis iuxta positis, non paucae ex ipso loco quo exaratae sunt lucem accipiunt; in Garrucciano libro eo magis desiderabat, quisquis alia eius opuscula noverat. Mihi, qui quidquid operis tectorii in parietinis Pompeianis restat ita pervestigavi, ut plures etiam quam Garruccius in eisdem partibus reppererim, hoc solum inde redundavit incommodum, quod eius apographa ad quas singula inscriptiones pertinerent difficillimum saepissime erat dignoscere. Ille ut se excusaret, locos indicandos sibi fuisse hoc libro negavit (t. VII prooem. p. 61 et p. 102), quippe quo id solum spectaret, ut rem palaeographicam litteraturamque cursivam tractaret. Quod si verum esset, in maiorem reprehensionem incurreret, quandoquidem litterarum formam, ut supra monui, perperam exhibuit. At ficticiam illam esse causam facile inde intellegitur quod in eis solis quas tab. VII composuit scripturae genus spectavit, in ceteris vel nullum vel alium ordinem secutus est, velut t. I alphabeta, t. II Oscas et Graecas vel Graecanicas, t. III—IV 5 consulares et imperatorias, t. IV 6—VI carmina, t. IX—XV gladiatorias vel amphitheatrales exhibuit, reliquis tabulis varias nulla fere vel scripturae vel argumenti ratione habita distribuit. Ac figuras gladiatorum inscriptionibus carentes certe non eo consilio libro suo inseruit, ut cursivae litteraturae originem illustraret. Immo cum alia fortasse quadam de causa tum suopte more fecit, quod locos non indicavit, ut non indicavit in aliis opusculis, quibus ad rem archaeologicam vel epigraphicam illustrandam id genus inscriptiones edidit. Denique dubitari utique licet, num ipse sibi locos in schedis suis accurate notaverit; scilicet ea quae paucissima de hac re inde protulit, fere falsa sunt (v. n. 1085. 1768). — Non minus hoc nomine vituperandus est Garruccius, quod utrum lectio expedita certaque an difficilis incertaque sit, fere nusquam adnotavit, et in eis quae vel ab ipso non expedita sunt vel suapte natura expediri non possunt, cum commentario vestigia quoad eius fieri poterat typis repraesentare deberet, tamen ut quovis modo vocabula et sententiam exsculperet, talia monstra prodidit, qualia habes velut n. 1263. 1353*b*. 1472. 1477. 1510. 1578. 1593. 1820. 1841. 1921. 1937. 2442*a*. 2459. 3203, atque adeo quasi vere antiqua indici suo eorum plurima inseruit. Ut paucis dicam quod sentio, Garruccius hoc libro non minus quam aliis bene meritus est quatenus antiquorum monumentorum quae collegit memoriam servare voluit; idem tamen rem ita gessit, ut pleraque omnia tuismet oculis examinare cupias; omninoque eorum quae Eckhelius de Huberti Goltzii nummis (vol. VI praef.) dixit, haec quae secundo tertioque loco posuit, „numos omnes ab uno hoc viro promulgatos aut putandos esse . . . . . . vafre ac subdole descriptos, aut, si qui fraude carere videantur, saltem suspectos tamdiu, donec aliorum testium accedat auctoritas", apprime conveniunt in has inscriptiones a Garruccio editas. — Quae cum ita essent, excepta n. 1769 quam propter n. 1768 precario admisi, omnes inscriptiones graphio exaratas ab eo solo descriptas inter eas, quae falsae vel suspectae lectionis sunt, reieci.

28. Iulius MINERVINI libelli *Bullettino Napolitano* per annos 1854—1862 et Iosephus FIORELLI illius *Giornale degli scavi di Pompei* per annos 1861—1865 editores multas graphio scriptas illis annis detectas protulerunt accurate descriptas. De Fiorellii schedis v. § 26.

29. Fridericus RITSCHELIVS opere suo q. i. e. Priscae Latinitatis Monumenta Epigraphica, duodetriginta inscriptiones graphio exaratas ad exempla quibus uti poterat summa qua solet fide repraesentavit. Quarum alias tab. XVI n. 1—21 delineationibus Fiorellianis, alias t. XVII n. 22—25 Garruccii libro, alias t. XVII n. 26. 27. 29 Mommseni apographis debuit; t. XVII n. 28 autem rubrica potius scripta est, v. n. 89.

30. Quaedam porro habentur in Museo Rhenano vol. XVII (1862) ab Curtio WACHSMVTH, in *Bull. dell' Inst.* ab Adolpho KIESSLING (1862), Richardo SCHOENE (1867), Renardo KEKVLÉ (1867), Henrico HEYDEMANN (1868), Friderico MATZ (1869) editae. — De eis quae nuperrimae repertae sunt rettulerunt scholae archaeologicae Pompeianae alumni in *Giornale degli scavi di Pompei* inde ab anno 1868 edito.

[1]) Eidem operi insertae sunt Romanorum parietum inscriptiones his locis: tab. X 2, XII, XXV 2 et 4, XXVIII 22. 23. 30. 32. 33. 34, XXX, XXXI.

[2]) Ipse Garruccius mihi narravit se opus suum contra academicorum Herculanensium voluntatem et collegisse et edidisse, ut nisi clam vel corruptis custodibus inscriptiones delineare et describere sibi non liceret. Quod ut verum esse comperi, ita eum aliquatenus excusat; modo in libro suo ingenue fassus esset, ne lector eum ut rem parum accurate gereret coactum fuisse ignoraret.

31. De parietariis inscriptionibus commentati sunt Otto Jahn in *Berichte der Sächsischen Ges.* 1857, qui non paucas ibi ex Mommseni schedis exhibuit; eodemque anno Franciscus Buecheler in *Rhein. Museum* vol. XII, breviusque in *Neues Schweizer. Museum* 1863 p. 14 seqq.

32. Enumeratis eis auctoribus, quorum curis inscriptiones parietariae Pompeianae editae vel explicatae debentur, iam exponendum mihi est, quo pacto ipse in colligendis edendisque his inscriptionibus versatus sim, ut quid praestare potuerim vel certe voluerim intellegi possit. Vere igitur anni 1865 postquam Henzenus Mommsenusque academiae regiae Berolinensis nomine mihi hanc Corporis Inscriptionum Latinarum partem edendam detulerunt, Roma, ubi quae in montis Palatini parietinis nuper refossis extabant graphio exarata transscripseram, profectus Neapolim Pompeiosque adii. Ubi per quattuor fere menses (ab Aprile ad Iulium) commorans ea quae ex parietibus Pompeianis exsecta in museo Neapolitano extant describebam, Pompeis ipsis omnes parietes etiam atque etiam perscrutabar, quidquid ibi pictum scriptumve repperi excipiebam vel describendo vel charta pellucida delineando vel laminis stanneis exprimendo; simul autem ea quae ante me lecta editaque reppereram ad archetypa ipsa denuo conferebam. Herculanenses quoque parietinas perlustravi, ubi in eis aedificiis, quae nunc sub divo sunt (inter annos 1828 et 1838 detecta), paucissimas inscriptiones repperi has n. 2513. 2513*a*. 2521, theatri autem parietes ad funalium licet parcum lumen agnovi noviciorum hominum inscriptiunculis ita opertos esse, ut si quid ibi antiquitus exaratum sit, id eis oblitteratum deletumque esse putandum sit.

33. Mense Augusto anni 1865 in Germaniam redux a Mommseno accepi ea quae ipse in eiusmodi syllogae usum olim sibi collegerat. In quibus praeter alia, quae nullius aut parvae mihi utilitatis fuerunt, haec inerant: Inscriptionis n. 1084 apographum e Caietani Marinii schedis Vaticanis exscriptum, Fiorellii schedae aliquot (v. supra § 26), anonymi cuiusdam schedae, de quibus dixi in Indice Auctorum; deinde Mommseni ipsius schedae, quibus continentur cum ea quae ex libris inpressis et ex actis manu scriptis (v. § 4 et 6) excerpserat, tum permultae inscriptiones parietariae a. 1846 et Pompeis et Neapoli ab eo descriptae et in edendis regni Neapolitani inscriptionibus tantum modo propter bibliopolae rationes praetermissae[1]). Ex his apographis Mommseni, quem etiam in hac re summa et diligentia et sagacitate versatum esse vix est quod addam, nonnullas graphio scriptas, plures autem pictas, quae a. 1865 perierant vel minus integrae extabant, exhibui. Eius dissensum in dubiis semper notavi; ubicumque me ipsum recte legisse persuasum habui, notare omisi. — Quaedam ex his schedis iam ediderant Mommsenus ipse *Rhein. Museum* 1847 p. 457 seqq., Otto Jahn *Berichte der Sächs. Ges.* 1857 p. 192 seqq., Fridericus Ritschl P. L. M. E. t. XVII 26—29 et *Rhein. Museum* 1862 p. 139.

Denique a Mommseno rogatus Adolphus Kiessling quas Pompeianas a. 1862 per octo dies exscripserat mihi utendas transmisit. Inter eas (sunt autem maxima ex parte pictae) paucas quas ipse non videram inveni, aliarum, quarum a. 1865 lectio incerta evaserat, apographa non sine utilitate adhibui. Mommsenum Kiesslingiumque saepius testes subscripsi[2]) etiam si de mea lectione non esse dubitandum mihi constaret, neque eorum apographis quicquam vel plenius vel melius exhiberetur; id quod eo consilio feci, ut ea quae alii male legerant complurium testium auctoritate fortius refutarentur exploderenturque, neve laborem ab illis duobus viris in eis rebus collocatum in schedis sepultum iacere sinerem. Ceterum hoc non omittendum est, et Mommsenum et Kiesslingium de apographis suis legendis expediendisque adnotasse rarissime, ut si quae ipse non viderim eorum quam exhibui lectionem meam esse diserte admonendum sit. Quae res quantum habeat difficultatis quantumque poscat cautionis facile mihi credet, quicumque apographa talia, quorum lineae plumbo factae evanidae saepe sunt, adhibuerit.

34. Excussi etiam quas Henricus Iordan a. 1862 sibi in pugillaribus suis notaverat; eiusque testimonio usus sum ad n. 823.

35. His igitur subsidiis instructus nihil antiquius habui nisi ut inscriptiones secundum vias et aedificia ubi extant vel extitisse traduntur in ordinem digererem; quod ad inscriptiones recte intellegendas non parvi esse momenti supra (§ 27) iam significavi, necessarium autem erat vel propterea, quia pictarum inscriptionum permultae inter se sunt aut simillimae aut eisdem plane verbis compositae, ut utrum idem exemplar necne a diversis auctoribus exhibeatur nisi locis certe definitis non possit dignosci. Omnino autem si quis res Pompeianas cognoscendas describendasque susceperit non parvum ex his indicationibus fructum accepturum esse certum est. Sed inscriptiones secundum locos in quibus repertae sunt ordinare cum facillimum esset in eis quae graphio scriptae sunt, quippe quarum maximam partem ipse viderim, summi ac molestissimi mihi fuit laboris in eis pictis quae ex actis tantum, Museo Borb. aliisque quibusdam libris notae sunt, quorum editores in hac re tanta saepe ambiguitate usi sunt, vix ut credi possit. Cuius generis exempla aliquot subieci: velut in actis a. 1826 p. 143 extr. et p. 164 extr. fullonica in via quae a foro ad portam Isiacam sive Nolanam ducat sita esse dicitur; deinde acta a. 1814 seqq. quomodo basilicae appellatione abusa sint, dixi p. 42; tum actis a. 1813 porta Isidis sive Nolana vocatur *„porta di settentrione“*; cf. praeterea ad n. 670. Bechius Mus. Borb. II p. 11 (cf. ad n. 182) et IV p. 1 dextram pro sinistra, IV p. 2 lin. 4 sinistram pro dextra, X p. 8 meridionale fori latus pro septentrionali, Minervinius *Bull. Nap.* 1859 p. 115 ludi gladiatorii latus orientale pro occidentali posuit; similiterque alii passim erraverunt. Ne Avellinius quidem, alioquin accuratissimus, a similibus satis cavit, velut *Bull. Nap.* IV (1846) p. 3 quod habet *a sinistra* intellegendum est ad dextram; cf. ad n. 1507 (add.). 1548. 1989. 1991. — Earum igitur quas ipse vidi locos ubique accurate descripsi, adiectis tamen si opus esse visum esset etiam aliorum auctorum indicationibus; ubi quaecumque adnotavi sine auctoris nomine, ad me referenda esse scito. Nec minus ad ceteras quae nunc perierunt ea quae earum auctores notassent exscripsi et ita exscripsi, ut fere semper ipsissima eorum verba retinerem.

36. Recepi autem in hanc syllogen inscriptiones Pompeianas latinas quaecumque penicillo pictae vel carbone terrave aliqua

---

[1]) 'Invitus exclusi', Mommsenus ait praefationis p. VIII (1852), 'quae non incisa, sed in muris et vasis stilo vel atramento miniove scripta Pompeiis praesertim observantur; quae collegi quantum potui diligenter et digessi editionique paravi, sed a bibliopola flagitare non sustinui tabulas, quibus titulos graphio exaratos cursivis plerumque litteris describendos esse intellegebam. Quod si qua posthac edendi occasio offerretur, labori me non defuturum esse spondeo'.

[2]) Ubi hoc „descripsimus (MZ)“ vel simpliciter „descripsimus“ posui, Mommsenum et me; ubi „descripsimus (MKZ)“, Mommsenum, Kiesslingium, me intellegendos esse scito.

scriptae vel graphio aliusve instrumenti cuspide incisae vel scariphatae sunt. His additae sunt signaculorum inscriptiones tectorio inpressae, deinde paucae scalpro incisae, quarum aliae suapte natura eodem plane atque parietariae loco habendae sunt, aliae medium quendam inter parietarias et monumentales locum tenent; eas composui indicis XVI parte III. Operis musivi titulos, utpote qui legantur in Mommseni Inscr. Neap., exclusi omnes. — Non omisi autem paucissimas, quae ex Herculanei aliorumque oppidorum a. p. Chr. 79 Vesuvio obrutorum ruinis restant; sunt autem hae: Herculanenses 1175. 1176. 2513. 2513*a*. 2521, Stabiana 1175*f*. — Graecas vel Graecis litteris scriptas, exceptis incertis quibusdam et talibus quales habes apud Helbigium *Wandgemälde* n. 170*b*. 858. 859. 865. 868. 871. 878. 887. 893, inserui omnes, ne, quia Corporis Inscriptionum Graecarum altera editio sero fortasse prodibit, frustra alibi quaererentur; ut autem sunt et paucae numero et ambitu breves ita Latini Corporis naturae et colori parum officient; denique non solum argumento verum saepe etiam ipso sermone (quo nonnullae vel plane Latino vel mixto ex utraque lingua utuntur) artissimo cum ceteris coniunctae sunt vinculo. — Editorum titulorum huius corporis legibus obsecutus nullum sciens omisi. Quod ad eas quae schedis meis solis debentur, attinet, erunt fortasse quibus nimius fuisse videar in recipiendis eis quae vel mutila vel incerta sunt. Qui reputarint velim, hac sylloge, quae post tot deperditas inscriptiones prima prodit, curandum fuisse, ut quae qualesque iam superstites sint unusquisque plene habeat quo aestimare possit, deinde meminerint, si quis naufragium fecerit, eum in ingenti rerum suarum iactura vel miserrimas quasque reliquias undecumque colligere.

37. Compositis variis singularum inscriptionum exemplis id egi, ut oculatos testes, qui ex ipsis parietibus descripserunt, a secundariis dignoscerem. Utrumque genus aut disertis verbis aut ita distinxi, ut hos intra uncinos inclusos suo quemque auctori subicerem. Varias lectiones in eis titulis, quos ipse integros vidi, adscripsi nullas, nisi forte vel in eo quod ipse legi aliquid non extra dubitationem positum videbatur vel hoc incertum erat, num ea quam ipse descripsi eadem esset quae ab aliis exhiberetur, vel denique aliquid in causa erat, cur quod alius auctor legisset notatu dignum videretur. In eis autem quas non vidi omnium testium primariorum discrepantiam plene exhibui.

38. Denique emendandi munere ita mihi fungendum erat, ut earum quas ipse examinare non potui inscriptionum veram scripturam recuperare conarer; quod pro varia auctorum virtute in aliis facile fieri poterat, in longe pluribus non nisi eatenus, ut vix probabilitatem assequi possem. In eis quae cursivo litterarum genere scriptae sunt, in quibus legendis non solum a vulgari descriptorum genere infinitis modis errari et possit et soleat, multorum exemplorum experientia edoctus plerumque inutilem laborem esse intellexi, si quis in aliorum apographis eo consilio ingenium exerceat, ut plus inde quam ipse auctor elicere velit. In quo universo genere hoc severissime sequendum est, ut cum in inusitatioribus tum maxime in singularibus rebus nulli auctori fides habenda sit, nisi de cuius et legendi peritia et fide certissimis exemplis iam constet. Denique in huius generis inscriptionum apographis iudicandis hoc utendum est, ut eo propius a veritate abesse putanda sint, quae maxime et sermonis et sententiae simplicitatem exhibeant. Nam paucissimarum oratio ita perplexa est, ut illius n. 1410; quod autem ad linguam ipsam attinet, non Campano si Dis placet quodam idiomate utuntur, sed sermone Latino qualis in ipsa urbe Roma in usu erat; in quo quae multa insunt a litterarum exculto sermone exclusa, ea non minus Pompeiani quam ipsius Romani volgi consuetudine accepta fuisse vel potius conservata remansisse ex urbis Romae inscriptionibus cum lapidariis tum parietariis perspicitur.

39. Tabulis lithographis II—XL, XLVIII—LV inscriptionum parietariarum imagines repraesentatae sunt. Quibus haec assequi volui, primum ut litterarum formae, quibus id titulorum genus utitur, exhibeantur, deinde ut lectores habeant quo de mea lectione iudicare ipsi possint. Sed penicillo pictarum, quarum maxima pars lectu facilior est, quarumque scriptura a quadrata minus discedens tabula I repraesentata est, pauciores integras tabulis effinxi, altitudine tamen litterarum saepe indicata effeci, ut aliquatenus earum imaginem mente tibi conformare possis. Longe maxima tabularum parte continentur inscriptiones carbone terrave aliqua scriptae, multoque plures graphio exaratae. Quas tamen consentaneum est non omnes in tabulis repetitas, sed earum omissas esse eas, quae nec litterarum forma nec argumento notabiliores sunt. Deinde tabulis exhibenda erant incerta fragmentaque ea, quibus ars typographica exprimendis impar est.

Ad exempla delineata vel stanno expressa pauciores repraesentatae sunt, eo tamen numero qui ad universum cursivae scripturae genus cognoscendum sufficere videatur; longe plures ex apographis repetitae sunt. Cave enim ne exemplis delineando factis id tribuas, ut ad inscriptiones melius legendas, quam legit is qui excepit, tabularum ope te pervenire posse credas. Nam exempla delineata reputandum est minime esse primarios testes, sed ita dependere ab eo qui confecit, ut eatenus tantum ipsam veritatem exhibeant, quatenus ille in videndis expediendis lineis fideliter et feliciter versatus est. Arte autem aliqua mere mechanica velut photolithographa harum inscriptionum effingi potest fere nulla. — Sed vel apographa mea litterarum formas ita imitari, ut non multum ab ipsis veris discedant, sincera mente testari possum.

40. De tabula I, qua litterarum formae, quae in variis titulorum parietariorum generibus reperiuntur, compositae sunt, v. Elenchum Tabularum.

41. Typis inscriptiones quatenus fieri poterat accuratissime exprimendas curavi. In qua re leges huic corpori Mommseno auctore dictas ita secutus sum, ut inscriptionum mihi visarum litteras quae evanuerunt maiusculas inclinatas exhiberem; cursivas eas, quae ex emendatione a me inventa vel certe comprobata positae essent. Praeterea in eis quae graphio scriptae sunt litteras quae etsi integrae extent forma tamen ambigua sunt maiusculas inclinatas dedi. Denique ea quorum lectionem non expedivi typis tamen aliquatenus repraesentanda duxi; quos typos non litterarum instar esse, sed nihil aliud sibi velle nisi ut lineas vestigiaque, quae quas litteras significent incertum sit, imitentur per se patet.

42. Absoluta typisque mandata collectione mea cum non committendum mihi esse existimarem, ut inscriptiones inde ab aestate anni 1865 detectae (quas multas ac notabiles esse vel ex eis quas a Nisseni et Schoenii amicitia acceptas haberem iudicare potui) in hoc volumine desiderarentur, vere anni 1868 iterum Pompeios profectus per Maium et Iunium menses id operam dedi, ut non solum parietes triennio proximo refossos perquirerem, sed etiam ea occasione uterer ad conferenda denuo quaecumque antea descripseram, si quid fortasse in eis plenius ac

melius legi iam aut posset aut deberet. Nec me fefellit spes operae huius haud sane iucundae; ex qua hoc quoque redundavit emolumentum, ut etiam in oppidi regionibus olim detectis non paucas inscriptiones reperirem, quae aut delapso opere tectorio nuperrime apparuerant aut, ut fieri solet, et meam et aliorum investigandi sagacitatem effugerant.

Pauca quaedam huc admisi tectorio inscripta, quorum n. 60 album est magistrorum vici et compiti a. 707. 708, cetera autem quae candidatorum sunt omnia, litterarum et formularum specie proxime ad prisca illa accedunt. In eis tria sunt eiusdem ut videtur hominis qui cognomine praeditus sit n. 75 *[N.] Veius Barca*, n. 26 *N. Barcha* (quod in tectorio scriptum fuisse conici licet), n. 72 *N. Barc.*, cf. n. 49. Accusativos *Barcha* 26, *Gavi* 34, ... *idi* 73 supra iam cum tofo inscriptis memoravi.

Quae autem in praefatione de variis difficultatibus monui quae inscriptiones pictas describenti restituentique obiectae sint, eadem quam maxime in has antiquiores cadunt. Quae maximis licet pinguibusque litteris scriptae sint, pleraeque tamen tam evanidae sunt, ut nisi diverso lumine, summa oculorum contentione etiam atque etiam eas intuearis, ac saepe ne sic quidem, nil certi inde adsecuturus sis, cum praesertim lapidum tofaceorum color fuscus non tantum distet ab rubrica titulorum evanescente temporumque iniuria vitiata. Huc aliud in quibusdam accedit illud malum, quod in eis muris pilisque, qui terrae motu illo corruerant, restituendis lapides singulos quadratos alio ordine antiqua aetate repositos esse et consentaneum est et ipsi videmus. Ita n. 80 et 81 inversae nunc sunt litterae, et n. 24 in infima pila posita est, quin etiam n. 30 plures particulae aliae aliunde conquirendae mihi fuerunt. Hanc ob causam singulorum lapidum fines utrimque lineis designavi.

Iam, ut ad candidatorum programmata redeam, magistratus Pompeiani in eis memorantur hice:

II viri
L. Aqutius 2. 4. 7. 10. 12.
M.? Artorius 8. 16. 68.
P. Carpinius 17.
P. Furius 67.
... Gavius 34.
L. Niraemius 21.
C. Nunidius 55. 62.
L. Olius 11. 25?
M. Septumius 40?
P. Veidius 20.
N. Veius 45.
N. Barcha (s. Barca) 26. 72. 49?
P. Velurius 39.
M. Vesuius 52. Vesbius 19.
.... idius 73.
... rius 77. .... us 48*a*.

aediles
D. Claudius 69.
M. Marius 3? 58? 61. 81?
M. Pomponius 27. 82?
... Popidius 74.
P. Veius 18?
... Veius 47?
Cn. Verg..... 41.
M. Orcinius 6?

quaestores (cuius honoris Pompeiani unica hucusque supererat memoria C. I. L. 1, 1249 praeter Oscos titulos *U. Dial.* p. 183 sq.).
Q. Caecilius 29. 30. 36. .... ? 35.

Omni autem magistratus nota nunc destituti sunt hice:
Aqutius 14.
L. Apt....? 76.
Artorius? 5.
C. Cacos? 31.
Q. Caecilius 24.
D. Claudius 32. 38.
A. Cornelius 66?
... Cuspius 23.
Q. Ennius 37.
... Gavius 33.
M. Herennius? 48.
Q. Herennius 28.
M. Marius 1. 43. 44. 46.
L. Olius 57.
... Popidius 13.
T. Salenus 63.
L. Septumius 23.
M. Tullius 42.
P. Velurius? 65.
M. Vesuius 71.
... anium Coclum? 9.
... cinius 48*a*.
... homo ... apt ... 15.
... idilius 83.

Qui tamen magistratus quodve munus in hisce lateat (nam de cognomine cogitari non licet): 50. 53. 54. 56. 70, quibus *C. Pop. inter*... coniunguntur cum *o. u. [f.]* vel *facio* formulis, hoc dispicere non queo. *Interregis* enim quo pacto mentio facta esse potuerit?

De formulis, quibus utuntur candidatorum commendatores, ceteris cum supra, quae opus erant, significaverim, restat una haece: *oro vos col.* 7? 39. 43? 45 49. 72. 80; qua, si quid iudico, denotari *colonei* mihi videntur.

VIA FORTVNAE.

1 inter n. 12 et 13.

MAR
.. ABOIA
......

Descripsi. 2 lectio incerta est praeter A. —

2 supra praecedentem. — Locum non indicat GARR.

.. AQVTIX
D·V·V· *b.*

Descripsimus (MKZ). Ed. Garrucci *B. N.* 1853 p. 6 male huic adiunctis DIGNVS EST recentioris tituli reliquiis.

3 inter n. 13 et 14.

M·M ARI·//E//·VB = 0,19 *met.*

Descripsi.
Restituendum videtur *M. Mari(um) Æ(item) v(irum) b(onum)* cet.

4 supra praecedentem.

ŀ A QV
D·V·VB

Descripsimus (KZ).
1 IAQV Kiessl.

5 inter n. 14 et 15.

*a*RT*or*
*ub*OV.....

Descripsi.
2 paene evanuerunt.

6 inter n. 15 et 16.

MO..CINIV
AI... = 0,17 *m.*

Descripsi.
Lectio non est plane certa. Fuitne *M. Orciniu[m] ae[d...?*

7 inter n. 16 et angulum *del vico storto.* Locum non indicat GARR.

L·AQVTN
D·V·VB
O·V·C

Descripsimus (MKZ). Ed. Garrucci *B. N.* 1853. p. 6 male.
1 extr. T Garr., TM Kiessl., TM Momms. ego, quod explevi. 3 interpretandus esse mihi videtur *o(ro) v(os) c(olonei).*

8 inter n. 51 et 52. — Locum non indic. GVAR.

in opere tectorio
M·ARTORIM·IIu

Descripsimus (MKZ). Ed. Guarini *fasti* ed. 1 *foglio di giunta*, ed. 2 p. 114.
M·ARTORIVM·IIV Guar., C·ARTORIM·T.. Momms.; Kiessling et ego ..RTORIM·I.. vidimus.

9 infra praecedentem.

in opere tectorio
.. ANIVM·COCLM

Descripsimus (MZ). Ed. Guarini ibid.
(*L. Ver*)ANIVM·COLL·A (A ed. 2) Guar., ego praeter incerta quaedam principii fragmenta COQ... legere mihi visus sum.

10 infra praecedentem.

in opere tectorio
.. *a*QVTIM·D·V

Descripsit Mommsen.
Nunc nil nisi M·D restat.

11 inter n. 53 et 54.

LOLIVM II VB = 0,39 *met.*
...A·D..... = 0,22 *met.*

Descripsi.
L. Olium IIv(irum) v(irum) b(onum) .....

12 supra praecedentem.

L·AQVT
D·V·V·B

Descripsimus (MZ).
1 C Mommsen, L ego.

13 inter n. 54 et 55.

hinc tectorio adhuc constrata — *colore albo*
POP*i*DIM — *opere latericio antiqua aetate resarta* = 0,21 *met.*

Descripsi.

14 in praecedenti.

AQVT/

Descripsi.

15 supra praecedentem circiter 1 *met.*

HOMO
APT

Descripsi.

16 inter n. 56 et vicum Fauni.

MARTOR · II ·
O

Descripsimus (MZ).
M. Artor(ium) II [v(irum) .....

VIA NOLANA.

17 lat. septentr. inter 3 et 4 ostium a via Stabiana.

P · CARPIN
II·V·V·B·O

Descripsi.

18 lat. sept. inter 4 et 5 ostium a via Stabiana.

P · VE M · SAOVF

Descripsimus (MZ).
'Ductibus incertis' Momms. Praeter P · V in princ. et VF in fine nil ego vidi.
P. Ve[i]um. aed. [o] v. f.?

19 sub praecedenti.

M · VESB . . ENO

Descripsimus (MZ).
'Ductibus incertis' Momms. Nunc M· et O (quae ceteris triplo maior nec fortasse littera est) restant.

20 lat. sept. inter 5 et 6 ostium a via Stab.

P VEIDI · II · V · F

Descripsimus (KZ).
Post V·F notavi recentioris programmatis in albo picti reliquias hasce: IIII.

21 lat. sept. inter 6 et 7 ostium a via Stab.

L · NIR · II · VB

Descripsi. — In fine repone VB.
L. Nir(aemium) II v(irum) [v(irum)] b(onum). Cf. Mommsen I. N. 2295.

22 lat. sept., in anta sin. ostii 7 a via Stabiana, partim in externo partim (inde a P) in interiore latere quod est in vestibulum versum.

IOIN P... EVA = 0,37 *m.*

Descripsi.
Principii lectio incerta est. Fortasse legendum ..... NICE VA(*le*).

23 sub praecedenti.

... *cu?* SPIL SEPTVM = 0,24 *m.*

Descripsimus (MZ).
.... SPI om. Mommsen. Cf. I. N. 2177.

24 lat. sept. inter 8 ostium a via Stabiana et vicum. Colore fulvo; prope humum.

Q · CA = 0,26 *m.*

Descripsi.
Lapidum quadratorum, qui insecuntur, superficies decidit.
Q. Ca[ecilium ....

25 supra praecedentem, in summa pila.

LO·......
D V · B · O · V
O

Descripsimus (MZ).
1 om. Mommsen, 2 D·V·BON Mommsen, D·V·B·O·V ego, 3 nunc evanuit.
L. O[lium?] d(uum) v(irum) v(irum) b(onum) o(ro) v(os) cet.

VIA MERCVRII.

26 *nelle mura, che sorgono di fronte a' tre ingressi principali della Fullonica* (i. e. n. 36. 37. 38) ACTA 21 Aug. 1826 (p. 172); *nel muro di fronte alla Fullonica* AMICONE. i. e. inter n. 2 et 4.

N·BARCHA·II·V·V·BO·VFITA·V*o*BEIS·VENVS·POMP·SACRA ....

Extant tria exemplaria haec:

1. N·BARCHA·II·V·V·BO·VAEIA·V .... BELS·VENVS acta 21 Aug. 1826 p. 172.
2. N·BARCHA·II·VIR·BO·VIR·VRBEIS·VENVS Amicone eod. die.
3. N·BARCHA·II·V·V·BO·VFITA·V ...... BEIS·VENVS POMP·SACRA .... acta 23 Oct. 1826 p. 177.

Quorum 3., Rosinio et Carellio auctoribus factum, optimum esse patet. Inde ed. Mommsen *Rhein. Mus.* 1847 p. 459, cuius sunt supplementa nunc secundis curis recte emendata hoc modo:

N(umerium) Barcha(m) II v(irum) v(irum) b(onum) o(ro) v(os) f(aciatis) ita v[o]beis Venus Pomp(eiana) sacra [sancta propitia sit].

N. Veium Barcam intellego; cf. n. 72 et 74. *Barcae* nomen etiam paterae inscriptum reperies in actis 6 Iul. 1847.

27 inter n. 4 et 5, in muro aedium Pomponii quae hinc vocantur.

in tectorio albo
M · POMPON · AE VB

Descripsimus (MZ). Exhibent acta 24 Oct. 1827 p. 201; Amicone 23 Oct. 1827; Gell 1832 II p. 10; Guarini it. vag. mans. II p. 24 ex Jorii schedis.
M acta et Amic., V Gell, I nos — POMPON acta, POMPONI Amic., PONPO Gell, POMPONIVM Guar. — AED acta, Amic, Gell, AED Guar. — VB acta, VB Amic., F Gell, OF Guar., V Mommsen, V ego.

28 inter n. 35 et 36.

Q · HERENN .... VB

Descripsimus (KZ).
V non vidi.

29 inter n. 36 et 37.

Q · CAECIL · Q · V BENIFIC · O · V

Descripsimus (KZ).
Q. Caecil(ium) q(uaestorem) v(irum) benific(um) o(ro) v(os) ....

30 inter n. 37 et 38.

Q · CAECIL · Q · VB · HE · BE .... ICVM

Descripsimus (KZ).
Prior Q nunc inversa est et ICVM inferius in alio lapide quadrato scripta. Antiqua enim aetate in restituendo muro lapidum ordo immutatus est, cf. acta 1826 p. 148. — Q et ICVM omisit Kiessling.
Q. Caecil(ium) q(uaestorem) v(irum) b(onum) et? [h(ominem)? an *h(erum)?* Th. M.] *be[nif]icum* ....

VICO DEI SOPRASTANTI.

31 lat. sept., in angulo occid. viculi thermarum.

colore albo ut videbatur
C · CACOS

Descripsimus (KZ). — C·CACOS/// Kiessling.

VIA AVGVSTALIVM.

32 lat. mer. inter 9 et 10 ostium a viculo Eumachiae orientem versus.

= 0,29 *m.* | D CLA*ud* . . . . . .

Descripsi.

33 lat. mer. inter n. 21 et 22.

in opere tectorio
GAV · VB

Descripsi. Ed. Fiorelli *giorn.* 1862 p. 63 n. 7.

34 lat. sept. ad sin. 3 ostii a via Stabiana.

in opere tectorio
GAVI · D · V · VB

Descripsi. Ed. Fiorelli *giorn.* 1862 p. 64.

FORVM.

35 lat. occid., angul. sept. viae marinae. — E regione basilicae MOMMS.

| ACASSIL·
| Q·C·ORO

Descripsimus (MKZ).
Lectio admodum incerta est. Mihi nil apparuit nisi 1, Mommseno nil nisi 2 OD. — AVEASSIL | Q·C·ORO Kiessling; ///A·VEASSIL | QVID RVS idem al. exempl.

36 infra praecedentem.

| Q · CAECIL ·
| Q · VB · OR

Descripsi.

37 ibid. 2 pil. a *via marina.*

Q · ENI . . . . . .

Descripsi.

VIA SCHOLARVM.

38 lat. or. inter n. 9 et 10 a *vicolo dei teatri.*

| D · CLAVDI | = 0,24 *m.*
| V · BOV |

Descripsimus (KZ).
Eiusdem programmatis esse videntur quae descripsit Mommsenus loco non indicato D CLAVDI.

VIA MARINA.

39 lat. merid. ad dextr. introitus basilicae. — Locum non indicat GARR.

in tectorio albo
P · VELVR II · V · VB · O · V · C·L · I DL ·

Descripsimus (MKZ). Ed. Garrucci *B. N.* 1853 p. 6.
P·VELVRILLV· Momms. dubitans, P·VEL·VRII·V Garr. — In fine C·L·POI.... Momms., C·L·FDI Garr., C·L·F DΓ Kiessling, C·L·I· D·L ego.

40 sub praecedenti.

in tectorio albo
. . . M · SEPT . . IIVVB . . . .
CO

Descripsimus (MZ).
1 M·SEPT parum certa. — IIVVB et 2 ego solus vidi. Fortasse: *M. Sept*[*um(ium)*] *II v(irum) v(irum) b(onum)* [*oro vos*] *co*[*l* . . .

VIA DELLA FONTANA DELL' ABBONDANZA.

41 inter n. 1 et 2.

| CN · VERC |
| AEDI . . . . |

Descripsimus (MZ).
2 om. Momms.

42 inter n. 28 et 29, in muro aedium imp. Francisci II. In aedibus imp. Iosephi II. GELL male.

| M · TVLIV | = 0,26 *m.*

Descripsimus (MZ). Ed. Gell 1832 II p. 55.
M·TVLLI·V Gell.

43 infra praecedentem colore paulum diverso. In aedibus imp. Iosephi II. GELL male.

M · MARIV// |
COL . . . |

Descripsimus (KZ). Ed. Gell 1832 II p. 55.
M MARCI | PCI | MAR·III Gell. — 2 ego vidi solus.

44 inter n. 29 et 30.

| MAR IVM |
| OVOS |

Descripsi. Ed. Garrucci *B.N.* 1853 p. 5 perperam confusis tribus diversae aetatis programmatis (v. 713).
Marium [*aed*] *o(ro) vos.*

45 inter n. 30 et 31.

| N VE I M I *i* |
| V · V · B · O VCO*l* |
| AMATOR VEST |
| FACIAT · AED · M |
| MA |

Descripsimus (MZ). Edd. Mommsen *Unt. Dial.* t. XI, 29 g. 4 (pag. 187), Garrucci *B. N.* 1853 p. 5.
1 extr. I... Garr., IN/// Momms., IMI ego. — 3 AARTOR Momms. — 5 solus Mommsenus vidit. — 3 sqq. non prorsus eodem quo 1 et 2 picti colore fortasse alieni sunt ab illis, ad quos nescio an referenda sint litterarum quaedam vestigia in 3 sqq. extantia.
3 sqq. *Amator(em) vest(rum) faciat(is) aed(ilem) M. Ma* [*rium?*]. Explicavit Mommsenus. Conferas Cic. ad Att. 1, 20. *L. Papirius Paetus, vir bonus amatorque noster.*

46 inter n. 31 et viam theatrorum. Locum non indicat GARR.

|MMARIVM |

Descripsi. Garrucci *B. N.* 1853 p. 5 nil vidit nisi M ab initio.
MA paene evanidae.

47 sub praeced.

VI//VM · A · OR · V · . . . |

Descripsimus (MZ). Ed. Mommsen *U. D.* t. XI, 29 g. 3 (p. 187). Garr. *B. N.* 1853 p. 5.
VI///VM·F·OR·V Momms., ... M·A·OR·V ego. — V(*iru*)M·B·OR·V·F Garr., partem esse ratus n. 46.
V[*ei*]*um a*(*edilem*) *or*(*o*) *v*(*os*) [*f*(*aciatis*)?].

48 infra praeced.

| M. . H . R . NII . . . . |

Descripsi litteras evanidas.
Fuitne: *M. H*[*e*]*r*[*e*]*nn*(*ium*) . . .?
Idem nomen legisse sibi visus est Garrucci (*B. N.* 1853 p. 5) supra n. 44, ubi tamen saepius frustra quaesivi; licet infra n. 44 . . . . .EN reppererim.

VICO DELLA MASCHERA.

(= *via della Fontana dell' Abbondanza* n. 45.)

48a lat. occid., angul. viae *della font. d. Abbond.*

. . . . . |M·II·V·VB·OV = 0,14 *m.*
CINIM · QVI = 0,13 *m.*
RIT·P·P·P·PEFI = 0,14 *m.*

Descripsi. — 1 aliquantum diverso colore, fortasse alienus a 2 sq., quorum color satis vegetus adhuc est.

VIA DELLA FONTANA DELL' ABONDANZA.

49 inter n. 53 et 54.

|N · BAR II V|
|. . . C · COL|

Descripsimus (MKZ). — Garrucci *B. N.* 1853 p. 6.
V BARTIV | . . . . . . O Momms., MARTIV | O COL | SECVND i. e. *Martium orat collega Secundus* Garr., perperam adsumpto v. 3, quem recentioris tituli fuisse confido. — 2 om. Kiessl.
N(*umerium*) *Bar*(*cam*) *II v*(*irum*) [*oro vos*] *col.* Cf. n. 72.

50 infra praecedentem.

C · DODIV TI

inferiora adhuc tectorio operta sunt

Descripsi.
Cf. n. 53. 54. 56. 70.

51 inter n. 54 et 55.

| C · VVLI . . AV . . . . | = 0,23 *m.*
| . . . |

Descripsimus (KZ).
C·VVLI Q (vel SL) AD uterque nostrum, nisi quod pro AD id quod supra posui ego.

VIA HOLCONII.

52 inter n. 18 et 19. — *Sul secondo* (*pilastro*) *a sinistra* MIN. perperam.

|M · VESVIM · II · V|
VB · ®

Descripsimus (KZ). — Minervini *B. N.* 1854 p. 50 (cf. Cavedoni ibid. 1855 p. 164).
2 ® Minerv. Kiessl.

53 sub anteced.

VER · V
OV

Descripsimus (KZ).
Initium sub tectorio adhuc latet. — 2 om. Kiessl. Cf. n. 50.

54 inter n. 19 et 20.

| I OP · INERREN
| //VINOVI

Descripsi.
1 extr. et 2 in. incertae lectionis, cum alterius tituli vestigia eis permixta sint. Cf. n. 50.

55 supra ostium n. 21 antiquitus muro clausum.

C · NVNDIM · II · V ·

Acta 1 Oct. 1853, Minervini *B. N.* 1854 p. 50.
Conexum litterarum VM Minerv. solus memorat.

56 inter n. 21 et 22.

|CPOP · INER| = 0,255
| FACIO | = 0,36

Descripsimus (KZ).
1 praenomen om. Kiessl. Cf. n. 50.

57 inter n. 24 et 25.

L · OLIVM . . . = 0,29
. . . .

Descripsimus (KZ).
Lectio haud expedita est alius programmatis reliquiis ibidem exstantibus hisce: VB·VO.

58 infra praecedentem.

M · MAR · V · BAE|*d* = 0,21

Descripsimus (KZ).
In fine Æ Kiessl.

59 in antec.

colore fulvo

|C · VVLA*ed?*| = 0,37

Descripsimus (KZ).

60 *'un grave masso di tufo incontrato nella via che discende dal Foro, e che già fece parte di alcuno dei pilastri ivi ancora in piedi, ed a lato dell' ingresso di un' abitazione aperta sulla strada inaugurò la serie delle scoperte di questo anno. Era questa pietra ricoverta di vari strati di calce sovrapposti ad un intonaco primitivo, su i quali stavano effigiate figure umane e di animali, rendute invisibili dal lungo rimanere sotterra; ma esposta la pietra al sole ed alla pioggia, quegli strati di calce si ridussero in minutissimi pezzi e lentamente scomparvero, lasciando intatto l'intonaco sottoposto, ove era dipinta in piccioli caratteri neri la seguente epigrafe'.* Fiorelli.

C·IVLIO·CAESARE·DICT·ITER a. 707
M·ANTONIO·MAG·EQ
MAG·VICI·ET·COMPITI
M·BLATTIVS·M·F
M·CERRINIVS·M·F
M·SEPVLLIVS .....
....
Q·PRA ....
C·CORNE ....
....
P·RO.IVS ....S
SALVIVS·E...RO·M·S
c. *caes*ARE·M·LEPIDO·COS a. 708
..BLATTIVS·M·F
C·.ERMATORIVS·P·F
M·TITIVS·M·L·PLVTVS
M·STRONNIVS·M·L·NIC..O
M·OPPIVS·S·L·AES....
C·CEPIDIVS·C.....
....

Fiorelli *giornale degli scavi* 1861 p. 2. q. v.; Minervini *B. N.* 1862 p. 7, q. v. — Inde Henzen C. I. L. 1 p. 448 adn; cf. p. 559.

V. 1 CAEsARE Min. — 6 L·SEPVLLIVS id. — 11 P·RO...VS......S id. — 12 E..RO id. — 13 litteris maioribus id. 'Nota omissum numerum III post nomen Caesaris' Henzen. — 17 NICIO Min. — 19 C. .... id. — 20 non indicat Fior.

VIA THEATRORVM.

61 in pila angulari v. fontis Abund.

M·MARIVM
AED·FACI
ORO·VOS

Descripsi. Tab. II, 2. — Edd. Mommsen *Unt. Dial.* t. XI, 29 f. 2 (p. 187), Garrucci *B. N.* 1853 p. 5 (inde Henzen 6967).

62 inter n. 1 et 2.

C·NVNIDI·II·V

Descripsimus (MKZ). Edd. Lepsius t. XXII, 7 p. 64 Oscam esse ratus, Mommsen *U. D.* t. XI, 29 f. 1, Garrucci *B. N.* 1853 p. 8. — Q NVA XII M· 'incerta' Momms., Ꮯ init. Kiessl. Ꮩl ego, quod pertinet ad aliud programma; v. Lepsii tab.

63 inter n. 3 et 4.

T·SALENM

Descripsimus (MKZ). Ed. C. I. L. 1 n. 1254 in adnot.

64 sub antecedenti.

VRNA AENIA PEREIT·DE·TABERNA
SEIQVIS·RETTVLERIT DABVNTVR
H·S⊥XV· SEI·FVREM
DABIT·VN D I ... M
IMVAP ...

Descripsi. Tab. II, 1. — Ed. Wordsworth *pomp. inscr.* p. 26 (inde Guarini *fasti* ed. 2 p. 183; Henzen 7301); Garrucci *B. N.* 1853 p. 7; Mommsen C. I. L. 1 n. 1254.

1 VRMA VINARIA (?) Wordsw., VRNANNIA Mommsen. — PERIIT Wordsw. — 2 SEI EAM QVIS Wordsw., SEI QVEI (om. EAM) Garr., SEI QVIS EAM Momms. — RETVLERIT Wordsw., Momms. — DABVNTVR suo versu Wordsw. — 3 L omnes, ⊥ ego — inter 3 et 4 versum QVI ABDVXERIT interpolavit Wordsworth, audacius an neglegentius nescio. — 4—5 DABITVR DVPLVM (?) AVARIO Wordsw., DABIT·VNDECVM*um* | IANVARIVS·QVI· *hic* HA|*bitat*... Garr. (coll. Prop. IV, 23, 1. 21. 24.), DABITVR·D\ ///..... | AVARIO Mommsen. Ego plus centies inspecto titulo nil assecutus sum nisi quae supra posui. — De litterarum altitudine haec habeto: 1 usque ad P = 0,10, inde ad 2 RIT = 0,05; 2 DABVNTVR = 0,09; 3 sqq. = 0,12 *m.*

Similiter ut hic proscribitur, proclamat praeco apud Petronium c. 97: *puer in balneo paulo ante aberravit, annorum circa XVI, crispus, mollis, formosus, nomine Giton. Si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.* Item Mercurius apud Apuleium metam. 6, 8: *si quis a fuga retrahere vel occultam demonstrare poterit fugitivam regis filiam Veneris ancillam nomine Psychen, conveniat retro metas Murcias Mercurium praedicatorem, accepturus indicinae nomine ab ipsa Venere septem savia suavia.* Haec Mommsen l. c. cum aliis attulit.

65 in praecedenti, partim infra.

P VELV
....V

Descripsi. Memorat Mommsen C. I. L. 1 n. 1254 in adnot. Lectio incerta est.

66 inter n. 4 et 5.

A·COR·N

Descripsimus.
A·COR·IV Momms.
A. Corn(elium)?

VIA STABIANA.

67 supra ostium quoddam thermarum antiquitus saxis conclusum, e regione viae Stab. n. 82 positum.

P·FVR·II·V·VB·O·VF = 0,21

Descripsi. Exhibent acta 18 Iul. 1853, Minervini *B. N.* 1854 p. 27.

68 inter n. 87 et 89.

....ARTOR·II·V·VB = 0,15
...... II ...
....

Descripsi.
...*Artor(ium) II v(irum) v(irum) b(onum)*.....

69 inter n. 91 et 93 i. e. in angulo viae Holconii meridionali.

D·CLA///D
AED

Descripsimus (KZ).

70 ibid.; v. 1 immixtus n. 69 v. 2.

C · POP
INTER

Descripsimus (KZ). Cf. n. 50.

71 sub anteced.

M VESVIM
. . . .

Descripsi. — Paene evanuerunt.

72 inter n. 98 et 100; in tectorio.

N BARC · II
V·V·B·O·VCOL
. . . . .

Descripsimus (KZ). Cf. n. 75.

73 ad sinistram ostii *della fabbrica di terracotta.*

in opere tectorio

IDI · II · V

Descripsi.

[. . . *Nun* vel *Pop* vel *Ve*]*idi II v*(*irum*) *v*(*irum*) [*bonum* . . .

74 circa principium meridionale viae Stabianae.

POPIDI
AED · OVF

Minervini *B. N.* 1853 p. 157.

Priscam esse conieci propter POPIDI et VF.

AMPHITHEATRVM.

75 in cryptoporticu quae est ad dextram aditus septentrionalis posita; lat. dextro inter 5 et 6 pilam.

in opere tectorio

pila novicia | . . . . . . ////VEI · BARCA · TABES | *CAS* = 0,26 *m.* *pila novicia*

Descripsimus (MKZ). Exhibent acta 8 Ian. 1815, Amicone 8 Febr. 1815 (inde Or. 4909), Mommsen *Rhein. Mus.* 1847 p. 459 adn., Garrucci *Graffiti* ad tab. 27, 66 (inde O. Jahn *Ber. d. sächs. Ges.* 1857 p. 192).

Praenominis reliquias vidi ego solus. — VO Mommsen. — TABE Kiessling, TABESCAS acta et Amicone; CAS nunc obtectae sunt pila ad fulciendas concamerationes a. 1817 addita (cf. acta 15 Ian. 1815, 11 Ian. 1817, Romanelli p. 258).

N(*umeri*) *Vei Barca tabescas.* Cf. n. 49. 72, ubi idem fortasse commemoratur.

FRAGMENTA.

76 *via consolare* lat. sept. inter 2. et 3. ostium a *vicoletto di Mercurio* ad mer. versus.

L · APT . . . . = 0,36 *m.*

Descripsi.

Infra Osca inscriptio Momms. *Unt. Dial.* t. XI, 29*c* exstat.

77 *via Mercurii* inter n. 23 et 24.

. I . . . . . RIM·D·V·V·B·O·V·F

Descripsimus (MZ). 'Incerta' Momms.; ego tantummodo V·B·O·V·I vidi.

78 *via lupanaris* inter n. 22 et viam Augustalium.

O · VF · VB

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 47.

79 in *porta marina,* intranti a sin.

in tectorio

= 0,54 DS

Descripsi.

80 in Basilicae muri orientalis latere interiori.

C·L· = 0,36 *m.*

Descripsi. Lapis nunc inversus est.

. . . . *col*(*onei*).

81 via *dell' Abbondanza* inter n. 29 et 30 (supra n. 44).

M · M *arium?*
AED

Descripsi.

Lapis nunc inversus est.

82 via Stabiana supra arcum qui est inter n. 42 et 43.

in opere tectorio

= 0,285 *m.* *p*OM*ponium?*
*ae*DVB·C*oro u. f.?*

Descripsi.

83 Via Stabiana loco incerto.

. . IDILIM

Minervini *B. N.* 1853 p. 157 sic: · · IDILIM *in lettere grandissime.* Idcirco et propter M huc revocavi.

Fuitne [FVN]IDILIM?

TITVLI PICTI RECENTIORES.

Altera hac parte comprehendi honorarias inscriptiones recentiores, ceterasque penicillo pictas praeter programmata gladiatoria omnes, quarum aliae sunt locationum proscriptiones (138. 807. 1136), aliae acclamationes (velut 1074. 1084. 1094), aliae tabularum pictarum inscriptiones (velut 90*a*. 538. 812. 813. 844. 882. 1176), aliae denique vario et quolibet consilio factae, ut paucis (veluti 733) exceptis earum instar habendae sint, quae graphio sunt exaratae. Cui ultimo generi proximum aliud subiunxi earum, quae carbone (294. 594. 656. 679. 760—763. 788*a*. 816. 918. 1121) vel creta (647*a*) vel rubrica (88. 89. 90. 148. 330. 495. 543. 549. 1085. 1086. 1110) aliave terra (652. 653. 655) scriptae sunt. Quemadmodum autem ipsa re inter se differunt varia haec inscriptionum genera, ita diversis utuntur litterarum characteribus. Atque earum quidem, quae carbone vel terra aliqua factae sunt, litterarum forma proxime abest ab ea, quam graphio scriptae exhibent. De honorariis titulis ut mox dicam, ceteri penicillo picti quomodo diverso et multiplici usui destinati sunt ita in aliis aliud litterarum genus adhibitum est; sed locationes et acclamationes honorariorum titulorum litteris fere utuntur, reliquorum ut quisque indole sua monumentorum titulis proximus est,

ita est litterarum specie. Tituli honorarii, sive candidatorum commendationes per vias propositi sunt et longe maxima ex parte in opere tectorio albo vel ad eam rem in tabellae formam dealbato picti, multo minore numero in tofo dealbato vel in opere latericio dealbato. Cum vero in ceteris penicillo pictis varia colorum genera adhibita sint, ut minium, atramentum, album, in his uno 409 excepto solum minium obtinet. Etenim quod actorum auctores aliique saepe vel totam aliquam inscriptionem nigram vel adeo eandem partim nigram partim rubram esse tradunt, id inde repetendum esse intellexi, quod minium aere vel sole vitiatum in atrum colorem abire solet (cf. Vitruv. 7, 9), ut facile appareat, falli eum, siquis ea quae coloris diversi nunc sunt eiusdem tituli esse idcirco neget. Quod cum ita sit, de singulorum huius generis titulorum colore referre supervacaneum esse duxi. Litteris plerique utuntur gracilibus altis, quibus altero demum saeculo lapides inscribi coepti sunt; admodum pauci, tofo in albo fere inscripti priscis illis similioribus ut 830. Et eorum quidem qui in summa tectorii stratura leguntur lectio satis expedita est, praesertim eo ipso die quo primum effodiuntur, unde est quod actorum apographa ceteris sinceriora esse solent. Quod secus est et in eis qui alio tectorio et in eis qui albo denuo olim obducti sunt; in illis enim dilapso passim colore truncatae sunt, in his corroso hic illic et colore et albo duorum titulorum, quorum alter alteri superpositus est, litterae ita sunt inter se confusae, saepe ut nescias utri titulo quaeque tribuas, utque, nisi summa diligentia et oculis acutis exercitatisque utaris, variis mirificisque erroribus labare. Quare operam dedi ut quoad eius fieri posset utrum in tectorio novissimo necne positi, qualibus litteris scripti sint singuli ne ignoraretur, praesertim cum inde de eorum aetate si non accuratum at aliquod tamen iudicium fieri posse manifestum sit. Eos enim titulos, qui in novissima tectorii stratura gracilibus illis litteris scripti sunt, ad ultimos Pompeiorum annos pertinere ut per se consentaneum est, ita certo scimus de tribus M. Epidii duumviratus candidati programmatis 768. 791. 1059, quibus Suedii Clementis mentio facta est, quem Vespasiani temporibus Pompeis fuisse ex I. N. 2314 constat; hinc vero sic progredi licet, ut vel eidem anno vel proximo alicui tribuamus eos, quibus una cum M. Epidio Sabino II vir. candidato proscripti sunt A. Suettius Certus, Herennius, A. Suettius Verus, Q. Marius Rufus, P. Paquius Proculus, 122. 447. 359. 797. 409*a*? Praeterea hos candidatos aliunde novimus vel certe homonymos: *C. Cuspios Pansas* pat. I. N. 2250. 2190, filium ut vid. 2251. 2191 II viros i. d., cuius honoris Pansa in programmatis numquam est candidatus; *Q. Postumium Modestum* a. p. Chr. 37 d. v. i. d. (I. N. 2224); is 195. 756. 1156 (idemque fortasse 279. 736. 786) quinq. commendatur, quorum titulorum cum ipse viderim 279. 736. 756. 1156 non fortuitum erit quod tres primi tofo vel lateribus dealbatis inscripti sunt. Sed 805, quo solo Q. Post. Mod. aed. commendatur, vix dubitari poterit, quin non ad eundem illum sed ad filium fortasse pertineat. Deinde *M. Vesonius Marcellus* II vir i. d. a. p. Chr. 34 (I. N. 2272. 2273) idem fortasse est atque is qui in mutilis titulis 273. 830 memoratur, altero in tofo litteris paulo antiquioribus, altero ut videtur in opere latericio scriptis. Denique qui eodem anno II vir u. a. s. p. p. fuit *L. Albucius* (I. N. 2272) sive *L. Albucius Celsus* (ib. 2273) idem vel eiusdem nominis alter in programmatis exhiberi videtur; nec vero plane explorata res est; cum enim L. Albucius aut Albucius in multis legatur, in nullo tamen adhuc tria nomina reperta sunt plene perscripta. Quamquam coniectura sat probabili cognomen assecutus esse mihi videor ex 949 I·A·C·ÆD et 1170 L·CELSVMÆD collato 494 cum 902. 967. 491. 573. 935. 433. Is *L. Albucius* sive *L. Albucius Celsus* aedilitatis candidatus est in programmatis omnibus excepto uno 433, ubi *aed? u. a. s. p. p.* fieri rogatur cum Marcello; utrum autem idem sit qui a. p. Chr. 34 II vir u. a. s. p. p. cum D. Lucretio Valente (eodem quem habes in programmate gladiatorio 1185) an iunior quis, diiudicare non ausim. Adde *P. Veium Frontonem* tituli 1134 litteris antiquioribus scripti, qui num honorarius sit dubium est. Alter certe est M. Stlaborius Veius Fronto d. vir i. d. quinq. a. p. Chr. 26 (I. N. 2267 et 2203 ubi est d. v. i. d. iterum quinq.); fortasse idem I. N. 2272 a. p. Chr. 34 [Pl]acidus Vei Frontonis (servus). Praeter hos candidatos de nullo aliunde quicquam compertum habemus, quin etiam Casellius, Paquius, Plotius, Rusticelius, Samellius, Suettius, Trebius, Vedius, Veranius, Vestorius nullus in lapidibus Pompeianis repertus est, id quod exclusis Paquia et Trebia gentibus quas ex Oscis titulis novimus, fortasse inde repetendum est, quod illae gentes nuper admodum Pompeios transmigraverant. Consulto autem in titulorum aetate definienda omisi terrae motum anni p. Chr. 63, quo si totum oppidum proruisse constaret, quae vulgaris opinio est, recentiores essent tituli omnes. Sed de hac re supra dixi. Iam accedamus ad nomina candidatorum, quae ex indice in fine voluminis subiecto videbis non semper omnia sive tria sunt sive quattuor proscripta esse, sed saepe duo eorum vel adeo unum solum, ut tamen numquam solum praenomen ponatur et singulari plane exemplo praenomen cum cognomine coniunctum 1170 L·CELSVM, quae supra dixi de L. Albucio Celso intellegenda esse videri. Quodsi, cum eiusdem nominis vel cognominis plures exstent candidati, eorum unum vel etiam duo nomina scripta sunt, ut nescias ad quem pertineant, ea ambiguitas in plerisque certe inde repetenda est, quod mutili sunt tituli, in aliis inde quod eodem anno eiusdem muneris unus eius nominis vel cognominis erat candidatus. Sunt autem hi

eiusdem nominis:

C. Iulius Polybius	A. Suettius Certus
. . Iulius Simplex	A. Suettius Verus
—	—
N. Popidius Rufus	P. Vedius Nummianus
L. Popidius L. f. Secundus	. . Vedius Siricus
—	—
Q. Postumius Modestus	A. Vettius Caprasius Felix
Q. Postumius Proculus	A. Vettius Firmus
—	
. . Sittius Coniunctus	
P. Sittius Magnus	
C. Calventius Sittius Magnus	

eiusdem cognominis

L. Albucius Celsus	P. Postumius Modestus
N. Herennius Celsus	M. Samellius Modestus
—	—
M. Lucretius Fronto?	P. Paquius Proculus
P. Veius Fronto	Q. Postumius Proculus
—	—
. . Igius Fuscus	C. Gavius Rufus
C. Lollius Fuscus	Q. Marius Rufus
—	L. Naevius Rufus
C. Calventius Sittius Magnus	N. Popidius Rufus
P. Sittius Magnus	—
—	M. Epidius Sabinus
M. Casellius Marcellus	Cn. Helvius Sabinus
(M.) Vesonius Marcellus	—

L. Ceius Secundus	Ti. Claudius Verus
L. Popidius Secundus	(A?) Rustius Verus
—	A. Suettius Verus

In quibusdum tamen iam nunc cuinam tribuendi sint ex muneribus quibus cognomines commendantur itemque ex competitoribus discerni potest, poterit deinceps in eo pluribus, quanto maior Pompeiorum pars detecta erit. Veluti (ut haec exempla afferam, de singulis enim quibusdam Indices rationem reddent) ea in quibus Popidium II vir. i. d. legimus 589. 631. 932 ad N. Popidium Rufum pertinere videntur propterea quod L. Popidius Secundus ubique aedilitatis candidatus est; contra 382. 525, quibus Popidius cum Cuspio Pansa aedilitati rogatur (adde 707. 1022 ubi muneris significatio periit), ad L. Popidium Secundum referenda sunt; cf. 709. 785*a*. Sic 122, quo una positi sunt Suettius cum Epidio duumviratus, Herennius cum Vero aedilitatis candidati, collatis 597. 643. 797. 359. 360 patet intellegendos esse A. Suettium Certum cum M. Epidio Sabino et N. Herennium Celsum cum A. Suettio Vero. Non raro candidatorum nominum propter spatii angustias plerumque primae tantum litterae scribuntur velut L·C·C i. e. L. Caecilium Capellam, M·S·M i. e. M. Samellium Modestum, C·C·S·M i. e. C. Calventium Sittium Magnum, A·V·F i. e. A. Vettium Firmum, A·V·C·F i. e. A. Vettium Caprasium Felicem, in quo genere ubique cuncta nomina ponuntur. Nullius aut ignoti cognominis sunt *Artor(ius)* 548, *Fabius* 949, *Fadius* 1068, *M. Iunius* 412, *Iunius* 1069, *L. Plotius* 373, *Sex. Pompeius* 325, *Pompeius* 327, *M. Pupius* 142. 302, *T. Terentius* 697. 808, *A. Trebius* 437. 743?, *Trebius* 118. 123. 332. 338. 555. 677. 1135. 1138, *M. Valerius?* 154, *Q. Vir...* 962; quorum solum adhuc cognomen novimus, hi sunt: *Barbus* 611, *Grandis* 406, *Nepos* 401, *Neptunalis* 1070, *Pinus* 386. 432? *Romanus* 218. 1027? 1031, *Veiento* 1039.

Candidatorum nomina accusativo casu scripta fere semper excipiuntur formula O·V·F vel OF, quae quomodo explicanda sit nunciam dubium esse nequit detectis priscis 61 FACI... ORO· VOS et 44 O·VOS et recentioribus 120 O·V·FAC, 626 .. V·FACIATIS, 456. 618 O·V·FACIATIS. Etenim omni auctoritate caret altera interpretatio haec *oro ut faciatis* (v. Henzen n. 6967 adn.) nata ex titulo 1146 male lecto (quo de iam monuit Garrucci *B. N.* 1853 p. 5 et p. 151) et ex 480 et 485 interpolatis ab Romanellio; itemque egregie fallitur Avellinus *Bullettino Napol.* 1847 p. 118 (cf. Fiorelli *giornale* 1851 fasc. 3 p. 54), qui inscriptionem sese nuper legisse affirmat, in qua formula illa plene perscripta esset hoc modo ORAT·VT·FACIATIS, qui error repetitus est in Mus. Borb. XIV p. 21; est enim 456. Olim quidem Dissertationis Isagogicae auctoris obtinebat explicatio, qui, cum tab. X 2 (pro eo quod verum est ROGANT; v. 1146) ROG VT F et tab. XI O·V·FAV (ubi O·V·FAC scriptum est; v. 120) legisse sibi videretur, p. 65 eas notas hoc modo interpretatus *rogat* vel *orat ut faveat,* venditores et artifices statuit iuxta tabernarum suarum portas ut novi aedilis vel aliorum magistratuum gratiam demererentur epigraphas illas proposuisse, quae acclamationis simul et commendationis vices gererent. Cuius auctoritate factum est, ut inde ex illo tempore aedificia et tabernae ab rogantium nominibus, quae ad portas eorum legebantur, appellarentur; quin etiam erant qui eo procederent, ut ab candidatorum nominibus accusativo casu propositis aedificia vocarent. Praeterea tribus verbis monuisse sufficiet Bechium qui in museo Borbonico inde ab a. 1824 de effossionibus Pompeianis rettulit, cum OF explicaret non O·V·F sed OR i. e. ORAT, hoc OR pro OF intulisse titulis quos edidit fere omnibus eumque secutos aliquot actorum scriptores.

Magistratus quorum candidati commendantur hi sunt

II vir. i. d. vel *d. vir. i. d.* vel *d. v. i. d.* vel *d. i. d.* vel *II vir., quinq(uennales)* vel *d. v. i. d. q.* 504 vel *II vir. i. d. quinq.* 187,

aediles,

II vir. u. a. s. p. p. 1004 vel *d. u. a. s. p. p.* 456; eidem vero ceteris titulis omnibus nominantur *aed. u. a. s. p. p.* 176. 203. 222. 317. 319. 636. 647. 668. 1137. 427? 433?, cum in lapidibus vel *II viri u. a. s. p. p.* vel *viri u. a. s. p. proc.* vel *u. a. s. p. p.*, numquam *aediles u. a. s. p. p.* dicantur. Nota est Avellini (opusc. II p. 181) coniectura, qui Cicerone duce (de leg. III 3 'suntoque aediles coeratores urbis annonae ludorumque sollemnium') notis illis hoc modo explicatis *urbi annonae sollemnibus publice procurandis* diversos esse negat hos ab aedilibus qui simpliciter appellantur; nec ab Avelliniana multum discedit Henzeni (ad 6968) haec interpretatio *viis annonae sacris publicis procurandis* (ut de aliis taceam velut Minervini illa *B. N.* 1853 p. 158). Cui Avellini opinioni nonnihil probabilitatis certe ex candidatorum programmatis addi potest, quibus plurimi eorum quos aediles u. a. s. p. p. rogari videmus, L. Albucius, (M. Casellius?) Marcellus, C. Cuspius Pansa, Cn. Helvius Sabinus, Q. Marius Rufus, M. Samellius Modestus, A. Suettius Verus in summa reliquorum quibus commendantur titulorum multitudine non alius honoris eidem nisi aedilitatis candidati reperiuntur. Deinde cum 222 (cf. 660) una tabella duo candidatorum paria proscripta sint, prius est duumvirum i. d. alterum aed. u. a. s. p. p. At speciosa magis et ambigua quam firma haec sunt argumenta; nam, quod ad prius attinet, cum programmata neque eiusdem sint anni omnia neque ab eodem homine proposita, idem homo alio tempore aedilitatis u. a. s. p. p. alio aedilitatis petitor fuisse atque eodem adeo anno ab aliis huic ab aliis illi honori rogatus esse potest. Illo autem titulo 222 summorum magistratuum candidatos propositos esse tametsi per se probabile est, cur tamen necessarium sit non intellego. Quae cum ita sint in explicandis illis notis praestabit inde proficisci quod certum est duce Mommseno (I. N. p. 461 et ad Henzeni 6968), qui in titulis lapidariis illud officium non reperiri vidit nisi in eis qui sunt ministrorum Augusti, ut ad officii naturam nomen omnino accommodandum sit velut hoc modo *votis Augustalibus, sacris publicis procurandis* collato *aedile Augustali* Neapolitanorum I. N. 2456.

Restat singularis alius cuiusdam muneris ut videtur mentio haec AED·P·A 817, quibus utrum aedilis pagi Augusti [an aedilis procurandis Augustalibus, ut idem fortasse sit munus atque aed. u. a. s. p. p.? Th. M.] an quid tandem aliud significetur, melius in medio relinquemus. Cf. Fiorelli *giorn.* 1862 p. 45.

Iam qua candidatorum nomina saepenumero excipiuntur singulorum hominum vel corporatorum subscriptione, praemissis vel omissis O·V·F, ea adicitur hisce formulis quas subieci ea regula ubique fere observata (neglecta est autem 839. 842. 880), ut nominibus succedant verba: *rogat* saepe; *cupidissimus rogat* 901 (cf. *cupidus* .... 209; *gaudens* .... 304); [*cito rogat* nimis incertum 1015]; *scribit Paris idem rogat* 821.

fieri rogat *105. 357.

rogamus 459. 732 (cf. graphio scripta aedium Martis et Veneris).

rogant saepe; *multum? rogant* 886.

cupit 111. 174. 179. 720. [*cupio* 310?]

volunt 193.

facit saepe; nota *dissignator cum plausu facit* 768; *rogat et facit* 699; *Suedius Clemens sanctissimus iudex facit vicinis rogantibus* 1059, cui hoc loco adiunxi similes *ex sententia Suedi Clementis sancti iudicis consensu ordinis faciat(is)* 768 et *ex sententia Suedi Clementis* 791.

faciunt 254. 738. 826, in quo est *fac.*
fecit 98? 221. 297.
fecerunt 1122.
In aliis singuli vel corpora acclamantur hoc modo:
Cuspi fac Fadium 1068.
Novici Caulo fac? 494.
Procule fac et ille te faciet 635.
Sirice fac facias 805.
Pansa fac facias 1071.
Procule Frontoni tuo officium commoda 920.
rog(are) deb(es) 548.
Luci fave 426.
caupones facite 336.
pilicrepi facite 1147.
pomari facite 183.
unguentari facite 609.
. . . . *fac facite?* 406.

Longe rarius eius nomen subiectum est, qui titulum scripsit vel eius qui parietem ubi inscriberetur dealbavit; quod ubicumque factum est, nomen post scribendi vel dealbandi verbum collocatum est, numquam praecedit. Eius generis tituli hi sunt: *scrib. Ascaules* 636 (A. Vettium Caprasium Felicem aed. u. a. s. p. p.) — *scr. Florillus* 803 (M. Cerrinium aed.) — *scr. Infantio* 120 (M. Cerrinium Vatiam aed.); 709 et 785*a* (C. Cuspium . . . et L. Popidium Secundum); 789 (Secundum); 984 (Postumium aed.), in quo ultimo additur *infra scribente Parente* — *scripsit Issus* 225 — *scribit Paris idem rogat* 821 (A. Suettium Certum aed.) — *s . . . sit . . . . sius dealbatore Onesimo* 222 (P. Paquium Proculum A. Vettium Caprasium Felicem II vir. Q. Marium Rufum M. Epidium Sabinum aed. u. a. s. p. p.); quibus adde programmatis gladiatorii 1190 subscriptionem *scr. Secundus dealbante Victore adstante Vesbino.* Incertorum nominum sunt 1047. 1158. 1165. — Nec vero fuerit ab re, hoc loco eas inscriptiones contulisse, quibus inscriptorum et scriptorum, qui candidatorum nomina nec non munera edenda per vias proscribebant, mentio fit. Sunt autem hae:

Romae. — Henzen 6977 = Reines. app. 47.

INSCRIPTOR ROGO TE VT TRANSEAS HOC MONVMENTVM
AS*t*. . AN QVOIVS CANDIDATI NOMEN IN HOC
MONVMENTO INSCRIPTVM FVERIT REPVLSAM FERAT NEQVE HONOREM
VLLVM VNQVAM GERAT

2 STO . . . AS . . VM QVOIVS Rein. [AST·CVM? Th. M.]. — 4 VNQVAM solus Reines. servavit.

Narniae. — Henzen 6975.

ITA CANDIDATVS QVOD PETIT FIAT TVVS
ET ITA PERENNES · SCRIPTOR · OPVS HOC PRAETERI
HOC SI IMPETRO AT[*e*] FELIX VIVAS BENEVALE

Foro Popilii. — Henzen 6976.

ITA · CANDIDATVS FIAT · HONO
RATVS · TVVS · ET · ITA · GRATVM · EDAT
MVNVS · TVVS · MVNERARIVS · ET · TV[*sis*]
FELIX · SCRIPTOR · SI · HIC · NON · SCRIPSER*is*

3 SIS post TV addidi; post SCRIPTOR inserendum censuit Mommsenus.

Prope Aquileiam. — Orelli 4751.

ITA VALEAS · SCRIPTOR · HOC · MONVMENTVM · PRAETERI

Formiis. — Henzen 6566.

. . . .
HAEC · EST · QVAM · CONIVX · CONDIDIT

PARCE · OPVS · HOC · SCRIPTOR · TITVLI · QVOD · LVCTIBVS · VRGEN*t*
SIC · TVA · PRAETORES · SAEPE · MANVS · REFERAT

Superaequi. — I. N. 5480.

*parce opus hoc scri*PTOR · ITA · TE · TVA · VOTA · SEQVANTVR

Uxamae. — *Monatsber. der Akad.* 1861 p. 802.

C · POMPEIVS
GAL · CATVRO
NIS · F*il* · *rEct*
VGENVS · VX
SAMENSIS
DEO · BORMA
NICO · V · S · L · M
QVISQVIS · HO
NOREM · AGI
TAS · ITA · TE · TVA
GLORIA · SERVET
PRAECIPIAS
PVERO · NE
LINAT · HVNC
LAPIDEM

quibus subieci similes has, quae ad eundem monumenta inscribendi morem pertinent: in inscriptione arae prope Romam a. p. Chr. 244 dedicatae (Henzen 5663) SALVIS·CANDIDATIS || HVIVS·LOCI; Orelli 4820 (Romae) M·CAMVRIVS P·F·ROM || HORANVS || H·M·H·N·S || SED SI HOC MONVMENTO || VLLIVS CANDIDATI || NOMEN INSCRIPSERO || NE VALEAM. Nec non eodem referendum esse videtur, quod C. I. L. 1, 574 cavetur HANC·ARAM || NEQVIS·DEALB(*et*). De eius generis inscriptionibus qui primus commentatus est Henzenus (Gerhard *arch. Zeitung* 1846 p. 242 et p. 295) suo iure statuisse mihi videtur (dissentit autem Avellinus *Bull. Nap.* 1847 p. 118), agnoscendum esse genus quoddam hominum, qui illam artem vel officium profiterentur, quorumque opera ad concitanda sibique concilianda studia popularia vel ipsos magistratuum petitores usos esse probabile sit. Quocum optime convenit, quod in eiusdem candidati titulis eiusdem saepe scriptoris manum deprehendisse mihi videor, et indidem est quod in eiusdem candidati titulis eaedem scribendi proprietates vel mendae repetitae sunt; velut LICINIM 252, FAVSTINM 119. 399, quae nota priscis propria in aliis recentioribus non reperitur, nam 208 et 475 paulo antiquiora et ipsa sunt; MARCELLVM passim; Q·POSTIVM·PROCVLVM 1017, Q·POSTVMIVM·PROCVM 1081, fortasse ab eadem manu profecta, a qua Q·POSTIVM·MODESTVM 195 et L·CEIVM SECVM 737; denique in tribus C. Calventii Sittii Magni titulis pro II·VIR scriptum est II·V·R 86. 376. 858 (cf. 483. 843. 872. 936).

Ut autem prisca illa programmata liberae reipublicae Romanae aetate scripta ita haec quae Augusti temporibus haud dubie posteriora sunt omnia, eo consilio a cuiusvis generis hominibus proponebantur, ut quem quisque duumvirum, aedilem, aliumve quem magistratum ab eis penes quos eius rei potestas erat fieri vellet, commendationis causa palam significarent, adhibita plerumque formula *oro vos faciatis* ea fere sententia: commendo vobis illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneat. A quo commendandi vel postulandi modo non ita diversus erat alter acclamandi in theatro vel in amphitheatro, ut et programmata et eius generis acclamationes communi vocabulo voces popularium appellare liceat, quo utitur Ulpianus (Dig. 49, 1, 12). Quare singulas commendandi formulas interpretabimur hoc modo. Ac primum quidem illud totiens decantatum *rogat,* quo utuntur non solum ingenui et libertini (velut praeter ceteros, qui ipso nomine libertinos se produnt, 910 *Ceratus lib.* 1041 *Dionysius l.* 117 *Fabius Eupor princeps libertinorum,* in quo ultimo *rogat* vel simile quid periit), sed etiam mulieres (171 *Caprasia cum Nymphio rog. una et vicini.* 207 *Nymphodotus cum Caprasia.*

1168 *Iunia.* 368 *Pollia.* 756 *Sagata.* 1062 *Successa.* 159 *Sucula.* 660a *Suilimea*, quibus adde 913 *Hilario cum sua;* in his autem 1053 *Lollia cum suis*, 1083 *Recepta nec sine Thalamo* verbum *rogat* vel aliud eiusmodi deest), pueri 668 et discentes 275. 673. 694. 698, — *rogat* igitur parum differre videtur ab *cupit* (111 *Fortunata.* 174 *Felix.* 179 *Erastus.* 720 ... *umus*) et *volunt* (193 *vicini*), ut sic interpretandum sit *rogat vos, creare velitis hunc duumvirum aedilem aliumve quem magistratum*, et eodem fere loco habendum sit atque haec *quod ex voluntate populi munus ediderit* I. N. 4040 et *rogatus ab ordine pariter et populo gladiatori muneris publici curam susciperet* ib. 4059. Deinde illud *facit*, quod ad eos penes quos magistratuum creandorum arbitrium erat referre magis inclinaveris, et ipsum tamen prope accedere ad alterum *rogat*, vel inde patet quod mulieres eo usas esse videmus (425 *Animula facit.* 923 *Caprasia fac.* 457 *Iphigenia facit.* 660 *Suilimea fac?*), ut hoc quo exempli gratia utor *Siricum quinq. Tullius facit* ita fere interpretandum sit: ex Tullii sententia Siricus quinquennalis creandus est, vel Siricus ut quinquennalis fiat, Tullius quantum valet enititur. Quamquam nescio an hoc inter *rogat* et *facit* interfuerit, ut illud modestior voti significatio esset, hoc *facit* ab eis vel de eis usurparetur, qui magna auctoritate pollerent, quorumque commendatio magni momenti esset. Quod discrimen facile quale fuerit perspicitur ex hoc 1059 *Suedius Clemens sanctissimus iudex facit vicinis rogantibus* (cf. 768 et 791 *ex sententia Suedi Clementis*). Hinc est quod illis formulis *fac, fac facias*, a quibus proxime abest haec *officium tuum commoda*, ei acclamantur homines, quos gratia atque auctoritate praeditos fuisse inde apparet, quod et ipsi in candidatorum numero sunt 1068 *Cuspi fac Fadium.* 1071 *Pansa fac facias.* 635 *Procule fac et ille te faciet.* 920 *Procule Frontoni tuo officium commoda.* 805 *Sirice fac facias.* — Nec aliter statuendum erit de corporatis eodem modo acclamatis 336 *caupones facite.* 183 *pomari facite.* 609 *unguentari facite.* — Quae cum ita sint, nullus dubito quin ne haec quidem 221 *Tyrannus cupiens fecit cum sodales.* 297 .... *ellus fecit* (cf. 98), alia nisi hac fere sententia a scriptore proposita sint, velut Marcellus Holconium et Gavium duumviros fieri se velle professus est, nec illud denique 1122 *Paquium Proculum II vir(um) i. d. universi Pompeiani fecerunt* nisi tali: Paquius Proculus duumvir i. d. ab universis Pompeianis postulatus est; quamquam ultima inscriptio in amphitheatri aditu satis obscuro picta non eodem cum programmatis in viarum celebritate commendandi gratia propositis loco habenda est.

Iam vero accedamus ad eam quaestionem, utrum illo tempore, quo recentiora haec programmata scripta sunt (magnam autem eorum partem proxime abesse ab ruina Pompeiorum probabile est), etiamtum magistratus a populo in comitiis, an a decurionum ordine, populo sola postulandi facultate relicta, an eo modo creati sint ut primum populus programmatis acclamationibusve quibus candidatis faveret, significaret, deinde decurionum ordo candidatos proponeret a populo sine repulsa et ambitu designandos. Est autem hic locus late patens nec non anceps admodum et lubricus, ut breviter universus disceptari nequeat (v. Walter *Röm. Rechtsgesch.* §. 285, Marquardt *Handbuch* III 1 p. 349, Philippi *Rhein. Mus.* VIII (1853) p. 510, Mommsen *Stadtrechte* in *Abhandl. der Sächs. Gesellschaft* 1857 p. 410 et p. 454). Quare, ut paucis transfungar, hoc dico in programmatis nil quicquam huc usque repertum esse, quo controversia illa prorsus dirimi possit; nam formulae illae de quibus dixi tam sunt omnes ambiguae, ut ad quemvis magistratuum creandorum modum accommodari probe possint, et de comitiis qualia fuerint altum est in programmatis silentium. Restat tamen unum hoc 768 *M. Epidium Sabinum duumvirum i. dic. ex sententia Suedi Clementis sancti iudicis, consensu ordinis — faciatis*, cuius si magistratus solo decurionum decreto creabantur vix commoda erit interpretatio, optima tamen, si a populo. Quemadmodum enim I. N. 2342 *huic ob munificent. decurionum decreto et populi conse(n)su bisellii honor datus est* et ib. 2346 *cui decuriones consensu populi bisellium ob merita eius decreverunt* populi consensus in ea re memoratus est, quae ad solum decurionum decretum pertineret, item hic proscribitur Epidium Sabinum creandum esse duumvirum in comitiis, quo virorum amplissimorum iudicio et voluntati satisfiat. Accedit tabula Malacitana Domitiani aetate comitia curiata celebrata esse certo testimonio testans. Denique in urbe quoque magistratuum electio tametsi post Augustum aut ad imperatorem pertinebat aut ad senatum, species tamen quaedam et umbra comitiorum ibi quoque servata est; ad quam formam etiam municipalia comitia tempore labente magis magisque se accommodasse indeque explicandum esse programmatum Pompeianorum de forma et ratione comitiorum mirum silentium Mommsenus censet.

VIA DEI SEPOLCRI.

84 *maseria de Cuomo. Siguiendo la calle ya descubierta, se ha encontrado una muralla de ladrillos, y en ella la inscripcion* ACTA.

CIOIIVM
AED O·F

Acta 15 Ian. 1763.
Fortasse: *C.* [*L*]*o*[*lli*]*um aed. o. v. f.*

---

85 sub antecedenti.

C CAIVENNSNII
V·R·I·D·HIRMISRO

Acta l. c.
C. Ca[*l*]*ven*[*tium*] .... *II*] *v*[*i*]*r. i. d. II*[*e*]*rm*[*e*]*s ro*[*g*].
2 de V·R cf. n. 858.

---

86 sub antecedenti.

IAIBVCIVM CINCI

Acta l. c. — [*L.*] *A*[*l*]*bucium C*[*elsum*...?

---

87 in muro *del triclinio funebre* [t. A 2] ad dextram introitus; *nel mese di aprile 1790 per le acque cadute si è fatto un fosso nel sito contrassegnato* (*tab. IV 99*), *e nel muro vi erano i seguenti caratteri alti pal.* $2\frac{1}{4}$, *e che di seguito dagli antichi erano stati imbiancati* VEGA.

GABINIG....

Fr. La Vega ed. Fiorelli vol. I 2 p. 133.

---

88 in muro externo sepulcri rotundi, ad dextram tabellae marmoreae [t. A 6].

rubrica scripta in tectorio
GEMELLVS E = 0,08 *m.*
CVM PROCLO HAC

Tab. II 5. Descripsimus. — Mazois II p. 1 et p. 102, coram quo effossa est.
2 O HAC om. Maz., qui ATMETVS CVM P·PO.... interpretatur.

89 ibid., ad sin. tab. marm.

rubrica scripta in tectorio

GLYCO CVM MARTIA*Le*
SOLE CALENTE SITIES

Tab. II 3. Descripsimus. — Massmann lib. aur. §. 145, Ritschl P. L. M. E. tab. XVII 28 (ex Momms. exempl.). 1 extr. LO Massm., Momms., nunc evanuerunt. Ritschelio LO initium esse vocis mutilatae videntur fortasse LONICE. Ego correxi; in hac enim litteratura E prope ad O formam accedit. — 2 extr. HAC add. Massm., ut sic fortasse legendum sit: *Glyco cum Martiale hac; sole calente sities.*

90 sub praecedenti eadem manu ut videtur.

rubrica scripta in tectorio

GEMELLVS-CESERNINE-
SAL

Tab. II 4. Descripsimus. — Mazois II p. 1 et p. 102, qui descripsit modo detectam, sed male explicavit.

1 extr. E certa mihi visa est.

Gemellus C(a)esernine sal(ve).

90a in lat. dext. viculi, qui est inter hemicyclium Mamiae et villam q. d. Ciceronis; prope angulum in serpentis pictura, quam memorant ACTA 12 Aug. 1769, VEGA vol. I 2, p. 116 n. 25 (v. tab. III n. 25), RIBAV ibid. p. 154 eod. die, MAZOIS [t. A 12].

M I I ⁽ C ⁾ ⁾ SAL \ S I N I I

Mazois solus inscriptionem exhibet I p. 33 (cf. p. 59 et tab. X). Cf. Iorio p. 38 (*on n'a pu déchiffrer que le mot* salus); Bonucci p. 71 (*on lisait entr' autres lettres méconnaissables* SALV . . .).

91 in taberna secunda ab aditu aedd. *delle colonne a musaico* [t. A 23] ad occid. versus. — *In una bottega accosto al finimento degli archi* i. e. *della pubblica locanda* ACTA et AMICONE. *in fronte all' ultima bottega che resta in fine degli archi* ANN. in pariete tabernae a sin. viae sepulcr. eunti portam versus MOMMS. [t. A 22]. — *nel muro a destra entrando* ACT. *di rosso* AM. ANN.

T · S T A I V S
PROCVLVS
TA
. . SISENNA . . . . VSTIANV
. . . . ATVS

Ex actis Iun. 1833 *Bull. Inst.* 1833 p. 146.

289 *sullo staffio a destra dell' ingresso (della casa d. caccia)* BVLL. i. e. inter n. 13 et n. 14.

C · PANSAM

Bull. l. c.

290 *sullo staffio sinistro dell' ingresso (della casa d. caccia)* BVLL. i. e. inter n. 14 et n. 15.

SAME*l*LIVM
MOD*e*STVM
AED · OF

Bull. l. c.
1 SAMELIVM *Bull.* — 2 MODISTVM id.

291 inter n. 14 et n. 15.

HOLCONI ... M
II VIR · I · D
MARIVS · ROG

Descripsit Mommsen.

292 *sul pilastro a manca della bottega che fiancheggia il vestibolo d'ingresso alla sesta casa* (i. e. *della caccia*) *dirimpetto al vicolo* (*d. scienziati*) BVLL. = inter n. 15 et n. 16.

N · HERSENNIVM
C · *cal*VENTIVM
II · V · I · D · O · V · F

Ex actis Iul. 1833 *Bull. Inst.* 1833 p. 148 (inde correctum exhibuit Guarini comm. IX ed. 2 p. 20; *fasti* ed. 2 p. 125). — Mommsen vidit N·HER....
1 corrige N·HERENNIVM, nam *Herrennium* in pariete scriptum fuisse vix crediderim, certe non tali auctori. — 2 C·C·V·VENTIVM *Bull.*

293 inter duas ianuas n. 27 in opere composito dealbato.

L · NVMISIVM · *a*ED 0,17
OF · ...

Descripsi. — L·NVMISIVM vidit Mommsenus.

294 *stanzina terrena posta a destra di chi va alla porta nolana poco prima di arrivare alla via, che va alla porta stabiana. L'intonaco, su cui era scritta, cadde pochi giorni dopo; onde non se ne ha verun' altra copia, che questa. — Era ella tracciata col carbone* GARR.

IVE (*infantis ut vid. figura*) N
I L L A
NATA
DIIC SATV
OLC SECV
VIIII NoNAV

Garrucci *B. N.* 1854 p. 82 et aeri incis. tab. VIII 1. Effossam esse dicit m. Sept. a. 1849.
Lectionis suspectae est ac frustra in talibus ingenium exercueris; nec exemplar aere repraesentatum, quod supra quatenus fieri poterat repetivi, non abhorret in quibusdam ab ipsius Garruccii lectione, velut ORA (pro OEC vel DEC) plane non admittit. Est autem Garrucciana interpretatio haec: *Iu*(*v*)*enilla nata diie Satu*(*rni*) (*h*)*ora secu*(*nda*) *v*(*espertina*) *IIII non*(*as*) *Au*(*gustas*).

295. 296 *nel 4 pilastro a sinistra della strada, che resta lateralmente al tempio d. Fortuna, ed in prosieguo all' arco di fronte all' altro arco d'ingresso al Foro* AMIC. *in un pilastro intermedio a due botteghe di fronte, ed a destra della strada (del Foro)* ACT. *nel 5 pilastro dirimpetto il fianco verso Maestrale del tempio della Fortuna* MVS.

295 C · LOLLIVM · FVSCVM
ET · POPIDIVM · SECVNDVM
.... V · B · O · V · F

296 M · CERRINIVM VA*tia*M · *d* · R · *p*
AED · OF

Amicone 29 Dec. 1823; acta 3 Ian. 1824; Mus. Borb. I p. 24 (inde Gell 1832 I p. 183. — 295 Guarini *fasti* p. 130, ed. 2 p. 130; *valore della cifra SEXS* 1836 p. 41. — 296 id. *fasti* p. 168 et 169; ed. 2 p. 152).
295, 3 ......N·B Amic. — Repone [*aed*,] *v. b. o. v. f.*
296, 1 VAEIVM omnes. — R·D·D Amic. et acta, R·D Mus. — 2 omis. Amic. et acta; AED·OR Mus.

297. 297*a* *nel 3. staffio a sin. e dopo l'ingresso della casa (del Fauno)* ACT. inter n. 52 et n. 53 in tectorio MOMMS.

297 *M · HOLCONIVM PR*ISCVM
C · gAVIVM · RVFVM·II VIR
.... ELLVS·FECIT

297*a* *SATVRNINVS*

Descripsit Mommsen praeter litteras inclinatas. Haud dubie eadem est quam exhibet Amicone 17 Mart. 1831, unde principia vv. 1. 2 supplevi.
2 CAVIVM Am. — 3 ...FILIVS FECIT SATVRNINVS Am., ...ELLVS FECIT 'sic clare' Momms. — SATVRNINVS alius programmatis reliquiae fuisse videntur.

298 *nello staffio precedente* (v. n. 297) ACTA i. e. inter n. 51 et n. 52.

C · SALLVSTIVM

Amic. l. c. — Reliquias vidi in tect. supra 299.

299 inter n. 51 et n. 52 in tectorio albo.

HERENNIVM	0,25
CELSVM·Æ·OF	0,10

Descripsi. — 2 Æ non plane certum.

300 inter n. 51 et vicum *del labirinto* in lateribus dealbatis.

HOLCONI	0,29
..... VM	0,20

Descripsi.

VICO DEL LABIRINTO.

301. 302 *nella parete a destra* AMIC. lat. orient. ad dextram 1 ianuae a via Fortunae in tectorio; eiusdem aetatis utrumque.

301: ..RVSTICELIVM · II VIR — 0,35 0,145

302: M · PVPIVM · II · VIR · I · D · OF — 0,28 0,10

Descripsimus. — Amicone 28 Oct. 1837 et eod. die *Annali civili* vol. 15 p. 151.

303 ad sin. n. 50 in tectorio.

A · VE..

Descripsi.

304—308 *nell' angolo a destra del vicolo, in seguito della casa* (*del Fauno*); *di fronte al medesimo* AMIC. 304 vidi supra n. 303.

304 M·HOLCONIVM·PRISCVM
..... PHILIPPVS GAVDENS

305 POPIDIVM · SECVNDVM
AED · OF

306 *cn.* HELVIVM · SABINVM

307 HELV .. M · SABINVM

308 .. NVMIS*i* . . .

304—308 Amicone 8 Mai 1831. — 304 v. 2 vidi ego.
306 M (pro *cn.*) Amic. — 308 .. NVMIST . . . id.

309 inter n. 49 et n. 50 in tectorio.

HOLCONIVM · PRISCVM 0,29
*VER*ECVNDISSIMVM·D·R·P·AED·O·V·F·DIGNISSIM*VM* 0,12

Descripsi praeter litt. inclinatas. — Amicone 20 Mai 1831; *Annali civili* (1 Apr. 1833) vol. 2 p. 92; *Bull. Inst.* (ex actis Apr. 1833) 1833 p. 143; Mus. Borb. X p. 8 ligno incis. — Guarini *fasti* p. 55 (ed. 2 p. 112); Garrucci *B. N.* 1853 p. 150 male.

310 infra praeced., in tectorio litteris neglegentioribus.

IVM · MAGNIVM AED *sic*
.... GVPIOI. ·O·V·F

Descripsimus (KZ). — Ed. Garrucci *B. N.* 1853 p. 7.
1 MAGNVM Garr. male. — 2 LIC·CAVPIO·D..O..F? Kiessl., F...CVPIO·O·V·F Garr.

311 inter n. 47*a* et n. 48 in tectorio.

A·V·ET·R·M 0,27
. . . .

Descripsimus. — R·M mancas vidi ego.

312 *sul lato sinistro della strada, e propriamente sul 5 staffio dopo il vico* (*del labirinto*) BVLL. i. e. inter n. 47*a* et n. 47.

SV*e*TT*i*VM ET H*e*RENNIVM
AED · OF

Ex actis Iun. 1833 *Bull. Inst.* 1833 p. 146 (Guarini comm. IX ed. 2 p. 40 q. corr.).
1 SVITTVM·ET·HRENNIVM (VM *in un nesso*) *Bull.*

313 ibid.

M · H*o*LCONIVM

Bull. l. c. (Guarini l. c.).
M·HLCONIVM (VM *in un nesso*) *Bull.*

314 inter n. 47*a* et n. 47 in opere compos. dealb.

LOLLIVM · AED 0,12

Descripsi.

315 ad dextr. praeced., in tofo dealbato.

L · N · R · N 0,23

Descripsimus.
Ultimae litterae nil nisi I vidi.

316 *sul sesto staffio* (*dopo il vico del labirinto*) BVLL. i. e. inter n. 46 et n. 47.

C·I·POLYBIVM·D·I·D·D·R·P

Ex actis Iun. 1833 *Bull. Inst.* 1833 p. 146.

317 sub praeced. BVLL.

C·CVSPIVM·PANSAM·AED
D·R·P·V·A·S·P·P·IVVENEM·PROBVM·OF

Bull. l. c.; Avellino opusc. II p. 289, inde Iorio 1836 p. 173.
1 init. C om. *Bull.* — AED om. id. — 2 IVVINFM id.

318 supra praeced. litteris maioribus AVELL.

PAQVIVM

Avellino l. c., Iorio l. c.

319 *alquanto al di là* (i. e. orientem versus) *del programma di Cuspio Pansa* (= n. 317) *l'altro seguente ivi recentemente scoverto* AV.

CASELLIVM · AED
D·R·P·V·A·S·P·P·IVVENEM . . . .

Avellino opusc. II (1833) p. 290 (inde Iorio 1836 p. 173; Guarini *fasti* p. 167, ed. 2 p. 151).

320 inter n. 45 et n. 46, in tectorio.

PHOFBE.. *c.* = 0,27
/////////////

Descripsi.

321 inter n. 45 et *vico degli scienziati,* in tectorio dealbato.

M · HOLCONIVM · PRISCVM
D R P . . . .

Descripsi. — 2 fort. *d. r. p.* . . . .

VICO DEGLI SCIENZIATI.

322 *sulla par*[*e*]*te del lato sinistro di detta imboccatura* (*di un vico*) BVLL. i. e. lat. occid., in tectorio.

SALLVSTIVM · CAPITONEM · AED 0,28
.....EMINI.....D......ROGANT 0,065

Descripsimus (MKZ). — *Bull. Inst.* 1833 p. 147 (ex actis Iul. 1833) nil nisi haec SALLVSTIVM·CAPITO (inde Guar. comm. IX ed. 2 p. 21 et *fasti* ed. 2 p. 149). — 2 E non vidi. — D Mommsenus non vidit. — Kiesslingius sic: IIF MINISIM \DSIMIOS ROGANT (punctis notata incerta sunt).

323 infra praecedentem, cuius v. 2 in huius v. 1 summo positus est.

CASELLIVM · MARCELLVM 0,19
AED D·R·P O·V·F 0,08

Descripsimus (MKZ), integram solus Mommsen vidit. — *Bull. Inst.* l. c. (inde Guarini ll. cc.).

324 iuxta praeced., septentrionem versus, in albo tectorio.

CASELLIVM AED 0,36

Descripsi.

325 ad sin. 3. ian., in tectorio albo.

SEX · POMPEIVM

Descripsit Mommsen. Ipse reliquias vidi.

lat. oriental.

326 ad sin. 3 ian. a via Fortunae, infra fenestram, in tectorii stratura inferiori, litteris antiquioribus. — *Sul muro esterno della 2 casa* AV.

M · VI BII///

Descripsimus. — Avellino *B. N.* 1847 p. 11. — M·VISV ego, M·VISI... *come sembra* Avell.

327 ibid. — *Nel secondo locale* (i. e. *la casa che resta alle spalle di quella degli Scienziati*) *nel muro a destra* ACT. *nella casa alle spalle di quella degli Scienziati* ANN.

POMPEIVM OF
INVENTVS ROG

Descripsit Mommsen. — Eandem exhibere videntur acta 3 Febr. 1846; *Annali civili* 9 Febr. 1846 (vol. 40 p. 92).

1 D·R·P acta, O·R·P Ann. (pro OF). — 2 INVENTVS nigro, reliqua rubro colore scripta esse, et P ante INVENTVS, RO ante ROG alius tituli reliquias extare Mommsenus adnotat. — INVENTIVM ROGAT acta, (*nero*) INVENTVM (*rosso*) ROGAT Annal. — Ad eundem titulum referenda esse videntur, quae Avellino *B. N.* 1847 p. 11 exhibet ..POMPEIVM || RO, haec addens *par che leggasi ancora la voce* VENERII *appartenente ad una più antica iscrizione.*

328 ad sin. 2 ianuae in albo tectorio.

CASELLIVM · AED 0,26

Descripsi. — Acta et Annal. l. c.

329 ibid.

*rus*TICELIVM · CELEREM · II · VIR

Descripsit Mommsen. Reliquias vidi.

330 sub inscriptione graphio scripta, cuius extrema verba sunt STABIANAS PVELLAS, ad dextram hominis figurae incisae. Nunc Neapoli in museo. — Rubrica scriptum in tectorio.

PARIS

Descripsi.

VIA DELLA FORTVNA.

331. 332 in stipitibus portae aedium hinc inde intra aedes MOMMS. — In vestibulo n. 33.

331 *a sinistra*

0,16 GAVIVM AED
. . . .

332 *a dextra*

TREBIVM · AED
ROG .....

Descripsit Mommsen; priorem solam ego.

331 GAVIVM || AD.... Momms.

333 inter n. 29 et n. 30; in lateribus dealbatis.

VIBIVM SEVERVM 0,22
II VIR 0,08

Descripsi.

334 inter n. 33 et quadrivium viae Stabianae.

P · PRO
S A B I
O·V·F·D

Descripsit Mommsen.

Intellegas P. Paquium Proculum et M. Epidium Sabinum; cf. 222. 660. 665.

335 ibid., in lateribus.

SAMELLIVM AED

Descripsit Mommsen.

336 ibidem, in lateribus.

SALLVSTIVM·CAPITONEM·AED
O·V·F·CAVPONES · FACITE

Descripsit Mommsen.

337 ibid.

LICINIVM ....

Descripsit Mommsen.

LOCORVM INCERTORVM VIAE FORTVNAE.

338—349 *sugli stipiti di alcune botteghe nella via della Fortuna* BVLL. Non longe a *vico storto* et a *vico degli scienziati.* Cf. *Bull. Inst.* 1833 p. 147 et titulum n. 349.

338 TREBBIVM · AED · OF

339 CVSPIVM · PANSAM
AED . . .

Bull. Inst. 1834 p. 33 ex actis Iul. — Dec. 1833.

338 corrigendum esse videtur TRE*b*IVM.

340 CERRINIVM · VATI*a*M
ROG . . . . .

341 M · HOLCONIVM
PRISCVM · I · I · VIR

Bull. Inst. l. c.

340, 1 VATIM *Bull.*

342

CVSPIVM PANSAM

Bull. l. c. p. 34.

343

CASELLIVM·AED·ROG
SECVNDE·OZOMENE·VBIQ

Bull. l. c.; Avellino opusc. II p. 290 (inde Iorio 1836 p. 173; Guarini *fasti* ed. 1 p. 165).

2 SECVNDI vel SECVNDE Avell.

2 fort. leg. *Secunde* [*S*]*ozomene ubiq*(*ue*).

344

A·VETTIVM·CAPRASIVM
FELICEM · AED·O·V·F

Bull. l. c. (inde Guarini *fasti* ed. 2 p. 81).

345

C·LOLLIV*m*·VB·D· *r. p.*
O · V · F

Bull. l. c. — 1 LOLLIVN·VB (*in nesso*) ·D· *Bull.*

346

M·CERRINIVM
AED·ALTER·AMAT·ALTER
AMATVR · EGO · FASTIDI
QVI·FASTIDIT·AMAT

Bull. l. c.; Avellino op. II p. 291 et III p. 318 (inde Iorio 1836 p. 173 et Guarini *fasti* p. 170; ed. 2 p. 154). Cf. *Annali civili* vol. 23 p. 35.

V. 3 et 4 om. *Bull.* — 3 FASTIDI *così senz' altro* Avell. — 4 fortasse ab alia manu scriptum esse Avell. ait. — Senariusne agnoscendus est talis *Altér amat, alter amátur; ego fastídi(i)* an *fastidi*[*o*]?

347 in pictura Bacchi et Liberae. Nunc Neapoli in museo *affreschi* n. 104 catalogi Minerviniani.

LOLLIV M
///I·FVSCVM·AED·OF

Descripsimus. — *Bull.* l. c., ubi male confunditur cum n. 348. — 2 init. I· solus vidi; fortasse alienum est ab hoc titulo.

348 in eadem pictura.

TRCOCDV///KVM
POLYBIVM · II VIR

Descripsimus. — *Bull.* l. c.

1 TR·TOCO.. *Bull.*; T (vel I) RIC.. VA.. V... ego; descripsi autem loco incommodo. — 2 POLVBIM·H·VIR *Bull.*

349 iuxta n. 528 BVLL., qui extat in *vico storto* prope angulum viae Fortunae.

MARTIALEM

Bull. l. c. (inde Guarini *fasti* ed. 2 p. 141).

VIA NOLANA.

Viae Nolanae cum, paucissimis aedificiis exceptis, non nisi frontes pilarum detectae sint, difficile erat, quo quaeque loco scripta essent accuratius definire, neclexeruntque omnes, Avellinus quoque fere ubique. Quare, quod in aliis viis omnibus feci, ut cuncta uno et perpetuo ordine proferrem, cum in hac fieri plane non posset, quadrifariam disposui hoc modo:

350—370 effossa a m. Sept. a. 1839 usque ad m. Mai. a. 1840 in principio viae Nolanae a quadrivio viae Stabianae usque ad primum circiter fontem, quo usque viam Fortunae appellant acta.

371—381 lat. merid. } 382—414 lat. septentr. } descripta a me ipso, neclecta fere ab actorum auctoribus et Avellino.

415—440 lat. merid. } 441—476 lat. septentr. } effossa a 22 Febr. usque ad 21 Aug. a. 1841 media via Nolana i. c. a primo circiter fonte (eunti a quadrivio) usque ad quartum a porta Nolana vicum.

477—493*a* effossa a. 1813 inter eundem vicum et portam Nolanam.

Guarinius in huius viae eis titulis quos primo et tertio loco composui nec ex eis actis quae Fiorellius edidit neque ex Avellino pendet, ut actis vel schedis nescio quibus ineditis usus esse videatur.

350 *nello staffio a sinistra l'ingresso della casa a dritta la strada della Fortuna, e proprio in seguito al segno di biauco* (*in nero* AM. male) *1839* ACT. AM., de quo signo v. ad 352; *nell' ingresso della casa a dritta della strada della Fortuna, e propriamente nel muro a man dritta dell' ingresso medesimo* ANN. — In viae Nolanae lat. merid. ad sin. 13 ostii a via Stabiana, in opere composito dealbato.

M · S · A͡D

Descripsi. — *Annali civili* 24 Sept. 1839 vol. 20 p. 78; Amicone 25 Sept., acta 26 Sept. e. a., male omnes.

351 *in seguito* ACT. *e poi* ANN.

POPIDIVM · SECVNDVM · AED
D · R · P · O͡F

Annal. 26 Sept. l. c.; Amicone l. c.; acta l. c.

1 POPIOVM Ann. — 2 O (pro O͡F) Ann.

352 *nel pilastro che lo precede* ACT. *nel pilastro che precede il muro* ANN. — Ad dextram 11 ostii a via Stabiana in latere merid. viae Nolanae in opere composito dealbato. — Supra pictum est albo colore 1839.

S E C V N D V M 0,16
AED·D R·P·O͡F

Descripsi. — Annal., Amicone, acta ll. cc.

353—358 *nei pilastri* (*di mattoni* ACT.) *a destra ed a sinistra* (*in fondo della strada della Fortuna* AM.) ACT. AM. cf. n. 354.

353 LOLLIVM
PRISCVM · A͡D

Acta 21 Oct. 1839; Amicone e. d.; *Annali civili* e. d. vol. 21 p. 78.

Fortasse legendum 1 *Hol*CONIVM, vel 2 FVSCVM. — 2 A͡D om. Amic.

354 ad sin. 17 ostii a via Stabiana in merid. latere viae Nolanae sive ad dextram aedificii proiecturae. — In tectorio albo.

| P · P · P · A͡D · ROG | 0,24

Descripsi. — Acta l. c.; Amic. l. c.; Annal. l. c.

In hoc solo programmate aedilitatis candidatus est P. Paquius Proculus; nam 415 num *aed.* ad P. Paquium pertineat dubium est.

355—358 v. ad praecedentes.

355 *seguiva* (post 356) *a fianco* ANN.

M · CERRINIVM
A͡D · D · R · P · OVF

356 PAQVIVM

357 *a fianco di* 355 ANN.

HELVIVM · SABINVM
POPPAEI · AED · FIERI ROG

358 L · ALBVCIVM · A͡D
PRIMVS · ROG

355—358 acta, Amicone, Annal. ll. cc.

355, 2 AD (pro A͡D) Amic. — D·OR·VF Amic., DER·VE Ann.

357, 2 POPPAE acta et Ann. — HIENI acta. — ROB (pro ROG) versui 1 subiectum Ann.

358, 2 ROB Ann.

359—366 *nei muri laterali a destra, ed a sinistra della strada della Fortuna* AMIC., qui coloris diversitatem opinor plerumque secutus mire confudit disiungenda et coniungenda discerpsit, ut verus ordo coniectura restituendus sit. Usus sum Mommseniano codicis apographo; Fiorellianum post 366 subiunxi.

359 CER*t*VM *et e*PIDIVM

360 SABINVM · II · VIR · SVETTIVM · HERENNIVM · AED · DICANVM
O · TITVS
SABINVS · ROGANT

Amicone 21 Apr. 1840; inde varie interpolatas vel correctas dedit Guarini *fasti* ed. 2 p. 128 hoc modo: SVETTIVM (= n. 363) · VERVM · ET · EPIDIVM · SABINVM · IIVIR || POTHVS · ET · SABINVS · ROGANT et partem 360 cum priori 362 parte coniunctam l. c. p. 129 sic: SVETTIVM · ET · HEREN||NIVM · AED · DIGNVM || VERVM · D · VIR||I · D.

359 CERIVM HPIDIVM Amic.

Collatis 122. 597. 643 patet 359 et 360 coniungendas esse. Intellegas autem A. Suettium Certum et M. Epidium Sabinum IIviratus, A. Suettium Verum et N. Herennium Celsum aedilitatis candidatos.

360, 1 corr. DI*gn*·*s*V*nt*. — 2—3 POTHVS ET SABINVS Guarini p. 128 ex coni. puto; potueris etiam *p*OTITVS *et* SABINVS. — Huic subiunxit Fiorellius DESCENDE (362), nescio an recte.

361 PAQVIVM · IIVIR

Amicone l. c.; inde Guarini *fasti* ed. 2 p. 83 cum altera parte n. 362 correcta sic: PAQVIVM · IIVIR || I · D · O · V · F · DISCENTES · ROG; sed ROG ex 366 sumpsisse videtur.

362 VERVM·D·VIR IDOVS DESCENDE D·R·P

Amicone l. c. — Priorem partem cum 360 v. 1 coniunctam Guarini *fasti* ed. 2 p. 129 (v. s.); alteram cum 361 idem l. c. p. 83 (v. s.).

Corr. OV*f*. — DESCENDE apud Fiorellium titulo 360 subiectum est; fortasse recte. — DISCENTES ROG (pro DESCENDE D·R·P) emendavit Guarini.

363 A · VETTIVM

Amicone l. c. — Guarini *fasti* ed. 2 p. 128 coniunxit cum 359 sic correctam SVETTIVM, nescio an vere.

364 *a sinistra* AMIC.

CLAVDIVM

Amicone l. c.

365 ibid. AMIC.

SALLVSTIVM AED O͡F

Amicone l. c.

366 ibid. AMIC.

PAQVIVM·IIVIR·I·D·D·R·P·O·V·F·ROG

Amicone l. c.

In codice Amiconis quo Fiorellius usus est hic est titulorum 359—366 ordo:

CERIVM · EPIDIVM · SABINVM II VIR
SVETTIVM · HERENNIVM · AED · DIGNVM
ROGANT·O·TITVS·SABINVS·DESCENDE

L·ALLEI·NIGID [v. n. 1179]	PAQVIVM IIVIR VERVM
D·VIR·ID·OVF	D · R · P
A · VETTIVM	CLAVDIVM·II·VIR·I·D·D R P
SALLVSTIVM · AED · O͡F	OVF · ROG

367—370 *nelle mura a man sinistra della strada della Fortuna* ANN. *nei staffi a sinistra la strada della Fortuna, e propriamente gli ultimi che precedono il vicoletto* ACTA.

367 in lat. sept. viae Nolanae circiter 50 p. a ponte viae Boscanae orient. versus descripsi v. 2 in tectorio albo.

TI · CLAVDIVM · VERVM · II VIR
VICINI · ROGANT 0,27

Descripsit Mommsen; v. 2 ego. — Acta et Amicone 12 Mai. 1840; *Annali civili* eod. d. vol. 23 p. 95; Guarini *fasti* ed. 2 p. 74 coniunctam cum 368.

1 ..I·CLAVDIVM Momms., T·CLAVDIVM acta, L·CLAVDIVM Ann. — II VIR non vidit Momms. — Aliud exemplum est 440.

368 M · CERRINIVM
AED POLLIA·ROG

Acta et Amic. l. c.; Annal. l. c.; Guarini l. c.

369 CLAVDIVM VERVM

Descripsit Mommsen; evanuerant ER. — Acta et Amic. l. c.; Annal. l. c.; Guarini *fasti* ed. 2 p. 73 et (coniunctam cum 370) ib. p. 76. — Eandem memorare videtur Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 117 his verbis: *dopo aver passata la casa de' Pigmei* [t. A 80] *da mè descritta Annali 1838 p. 162 sqq., s'incontrò una pittura sul muro esterno di una casa rappresentante un sagrifizio offerto da cinque fanciulli bullati assistiti da due pugillatori. Presso la quale pittura è incastrato nel muro un mattone quadrato con trè phalli. Spesso si ripete quivi il nome di Marco Cerrinio sulle mura, e tra altri nomi leggiamo pure quivi* CLAVDIVM VERVM.

370 P · PAQVIVM VERVSCONDIS

Acta et Amicone l. c.; Annal. l. c.; Guarini *fasti* ed. 2 p. 73 et (coniunctam cum 369) p. 76.

VERECVNDISS p. 73, VERVS CONDIS*cipul.* p. 76 Guarini e coni.

367—370 et ipsas inter se et cum programmate gladiatorio 1181 acta, Amicone, Annales alius alio modo confuderunt, ut singulae inde coniectura conquirendae sint. Quare tria illa exemplaria integra subieci, addito Guariniano (*fasti* ed. 2 p. 73) e coniectura profecto, sed hic illic felici.

Acta ed. Fior. T·CLAVDIVM VERVM·II VIR || VICINI ROGANT AED POLLIA ROG || M CERRINIVM || ET POMPEIS VL C... MANR... CLAVDI VIRI || M·RVFELIO HERAE SPARSIONES QVADIES PATIENTVR ERVNT CLAVDIVM VERVM || P·PAQVIVM VERVS CONDIS.

Amicone mscr.

rossa TI·CLAVDIVM·VERVM·II VIR
VICINI·ROGANT

M·CERRINIVM
AED·POLLIA·ROG

ET PONPEIS·VIL

nera C — MANR — CLAVDI VIRI

nera M·RVFELIO·HER
AE · SPARSIONES QVADIES PATIENTVR ERVNT
CLAVDIVM VERVM

nera P·PAQVIVM VERVSCONDIS

Annales

in car. rossi
L CLAVDIVM VERVM·II VIR
VICINI ROGANT AED·POLLIA ROG
M CERRINIVM
ET POMP
e quindi
nero C..... MANL.... CLAVDI VIRI
nero M·RVFELIO HERAE·SPARSIONES QVA DIES PATIENTVR
ERVNT CLAVDIVM VERVM
nero P·PAQVIVM VERVS CONDIS

Guarini

in honor. GERMANICI · TI · CLAVDI · VERI
*e*R*i*T POMPEIS·VEN*at. athle*TAE·SPARSIONES·QVA·DIES·PATIENTVR
ERVNT
VERO · FELICITER
CLAVDIVM · VERVM · TERT
D · R · P
P · PAQVIVM
VERECVNDISS

qui unde 5. 6 TERT || D·R·P sumpserit non liquet.

lat. merid.

371 in pila angul. viae Stabianae; in lateribus dealbatis.

H O L C O N I V M c. 0,40
IIVIR·VIIIIVS·DONATVS·ET CAMIA... 0,16

Descripsimus.

2 IT ego, ET Momms. — IA post CAM Momms. om. — Fuitne *V[ett]ius Donatus et Cam[panus rog.]*?

372 sub praeced.

POPIDIVM IVVENE//// 0,24

Descripsimus.

IVVEAED dubitanter Momms.

373 ad sin. 1 ianuae a quadrivio; in opere composito dealbato.

epid?IVM . . · SVE*t*TIVM 0,26
IIVIR·D·R·P·OF·CVLINARI·ROGANT 0,105

Descripsimus (MKZ). — Garrucci *B. N.* 1853 p. 150 (inde Henzen 7227).

1 L·· · ·MI·SVEIIIVM ego, ...P·SVEITIVM Momms., fragm. incerta Kiessl. — L·PLOTIVM·ET·SVELLIVM Garr. — 2 GALLINARI Momms. nescio an recte.

374 inter 373 et 375.

CASELLIVM
AED

Descripsit Mommsen.

375 ad sin. 1 viculi a quadrivio; in opere composito. — 'Ad phallum rubrum' MOMMS.

HOLCONIVM [phallus] 0,21
. . . .

Descripsimus. — AED Momms.

376 ad sin. 8 ostii a quadrivio; in opere composito dealb.

C · CALVENTIVM SI*ttium*
sic II VR · I · D

Descripsimus.

1 extr. litterarum TTIV reliquias vidi; SI*ttium* non vidit Momms. — 2 II·VIR Momms.; cf. 858.

377 infra praeced., in op. comp. dealb.

| M · HOLCONIVM . . . . . . | 0,26

Descripsimus.

378 infra praeced., in op. comp. dealb.

| PROCVLVM . . . . . . | 0,30

Descripsimus.

379 circiter 100 pass. a ponte orient. versus, in lat. dealbatis.

. . I I I I I NNIVM AED OF 0,25

Descripsi. — [*N. Here*]*nnium?*

380 ad dextram 5 ostii a 2 fonte [t. A 85] orient. versus, in tectorio.

/ETTIVM · FIRMVM SALLVSTIVM AED OF . .
LOLLIVM · MAGNVM . . . .
. . . . *nondum effossa*

Descripsi, v. 1 solum Mommsenus, cui litterae ALLVST debentur.

381 inter 6 et 7 ianuam a porta Nolana, in lateribus dealbatis.

CAPITONEM · AED 0,25
. . . . .

Descripsi.

lat. sept.

382 inter 3 et 4 ian. a quadrivio, in tofo dealbato.

| PANSAM AED | 0,22
| ET · POPIDIVM . . . . | 0,22
| . . . . |

Descripsimus.

2 non vidi nisi reliquias incertas. — Aliud exemplum est 525.

383 infra titulum priscum n. 19.

THAVMAS
TV . .

Descripsit Mommsen.

Hanc praecedit alia litteris maioribus cursivis scripta parum certae lectionis huius modi c b e e \ R o.

384 inter 5 et 6 ian. a quadrivio, in tofo dealbato, sub titulo n. 20.

M · S · AED 0,16

Descripsi.

385 in anta dexteriori ianuae 7 a quadrivio, in lapide quadrato tofaceo dealbato, qui nunc inversus est.

| C V S P I W ///
| AED · POSIDO · FAC

Descripsimus.

1 VM Momms. — 2 POSIDO · FAC debentur Mommseno; ID et FAC nunc paene perierunt.

386 in eadem pila.

. . . . . M PINVM

Descripsit Mommsen.

387 in primi vici (a quadrivio) lat. dexteriori i. e. orient., supra serpentium picturam; in tectorio.

M · CERRINIVM 0,18
AED · CAPITO · ROG 0,10
SCR · FRVCTVS · PYCTA 0,10

Descripsimus.

3 litterae Y, cum ego descripsi, I restabat, T ultima paene evanuerat.

388 ad dextr. praeced. in tectorio.

C · LOLLIVM A . . || 0,24
OF || 0,11

Descripsimus.

389 ibid.

D · EPII . . .
T . . . .

Descripsit Mommsen.

390 ad dextr. 16 ian. ab eodem vico orientem versus; in tectorio.

0,24 RVSTIVM · O · V · F
Co . . . . . .

Descripsit Mommsen. Reliquias v. 1 vidi.

391 in eadem pila, in lateribus dealbatis.

P · SITTIVM AED// O · V · F

Descripsit Mommsen. Reliquias vidi. — Lege AED . . O · V · F.

In eadem pila Mommsen descripsit hoc fragmentum CLAVD . . . . . .

392 ad dextr. 17 ianuae ab eodem vico orientem versus, in lateribus dealbatis.

CAPITONEM · AED 0,33

Descripsimus.

AED notae reliquias incertas vidi.

393 inter 392 et 367.

POPIDIVM · RVFVM · AED

Descripsit Mommsen.

394 ex parte supra praecedentem.

MSIVNAEVM QVINQ
COINITVM

Descripsit Mommsen.

1 fuitne *Meliss*]*aeum?*

395 infra praeced.

L SVETTIVM A . . . .

Descripsit Mommsen.

Scrib. A (pro L).

396 ibidem, ubi 367.

DIASTIVS IX TTDES
MIVM · ET · SABINVM
LVCRI . . . . TINI

Descripsit Mommsen.

V. 1 et 3 incerti.

397 pone 367 in tectorio.

. . . . A · RVSTIVM · VE| 0,30

Descripsi.

398 post 369 portam versus pergenti.

SAMELLIVM

Descripsit Mommsen.

399 circiter 50 passus a ponte viae Boscanae portam versus pergenti, in tectorio.

FAVSTINM 0,18
OF · D · R · P 0,11

Descripsit Mommsen. Reliquias vidi.

400 in eadem pila.

HOLCONIVM AED OF
OBF . . . .

Descripsit Mommsen.

401 ad sin. 399, in tectorio.

|NEPOTEM 0,24

Descripsimus.

Ad eandem referenda esse puto, quae exhibet Garuccius *B. N.* 1853 p. 5 loco non indicato, NEPOTEM HVM || ORO. Confudit enim 401 cum INM et D · R · P tituli 399 male lectis.

402 inter 400 et 404.

A · V · F · AED · OF

Descripsit Mommsen.

403 infra praeced.

POPIDIVM · RVFVM
. . . .

Descripsit Mommsen.

404
PAQVIVM PROCVLVM
CAPRASIVM·II·V·I·D....

Descripsit Mommsen.

405 infra praecedentem.

LICINIVM

scriptum supra aliud programma hoc:

405 *a* PAQVIVM......
...O·V·F

Descripsit Mommsen.

406 post 3 vicum a quadrivio in aedificio q. d. *con rialto* [t. A 81]; in tectorio.

ET R*uf*VM·AED
....NEM·GRANDEM 0,15
FAC·FACITE 0,10

Descripsimus (MKZ).

1 solus Momms. vidit. — 2 NEM Kiessl. solus. — 3 FAC·FACIAS Kiessl., FAC·.A..IS ego, sed ultima paene evanuerant.

407 ibidem.

PAQVIVM·PROCVLVM

Descripsit Mommsen.

408 ad dextram aditus aedificii eiusdem, in tectorio marmorato, colore albo.

0,40 CN·HELVIVM·SABINVM........OF

Descripsimus. — Ed. Avellino *B. N.* 1843 p. 17. — OF non vidit Momms.

409 infra praecedentem, in tectorio.

...VETTIVM EPIDIVM....... 0,25

Descripsimus, sed prioris nominis non nisi reliquias incertas vidi. — Aliud exemplum est 447.

Scr. [*A. S*]*uettium* (*Verum*); *Epidium* (*Sabinum*).....

410 inter praeced. et pilas pictas [t. A 83].

SECVNDVM

Descripsit Mommsen.

411 inter 4 et 5 vicum a via Stabiana sive inter 8 et 9 ianuam ab aedificio *con rialto* eunti portam versus, in lateribus dealbatis.

CAPITONE*m* 0,36

Descripsi.

Litterae hinc inde corrosae, sed satis certae.

412 ad dextr. ianuae proximae a pilis pictis orientem versus, in tectorio litteris antiquioribus.

M·IVNIVM·Q

Descripsi.

413 ad dextram ostii secundi a pilis pictis; in lateribus dealbatis. — Inter 470 et 473 descripsit Momms.

SABINVM	0,12
AED·ROG	0,10

Descripsimus.

414 ad dextram 3 ostii a pilis pictis, in lateribus dealbatis. — Inter 5 et 6 ianuam a pilis pictis albo colore scriptum est 1841 P. 28.

CASELL.... 0,15
AED....

Descripsi.

415—440 *destro lato di chi va alla porta di Nola* AVELL. 415—418 *scritti l'uno all' altro da presso* AV.

415 **416**
P·PAQVIVM·CELSVM
AED·D·R·P

Avellino *B. N.* 1843 p. 10 n. 1; aliunde Guarini *fasti* ed. 2 p. 84. — Mommsenus vestigia vidit.

Versuum divisio Guarinio debetur; Avell. enim ut saepe l. c. uno versu exhibet his additis *in due linee.* — Ceterum P. Paquius et Celsus non eiusdem hominis nomina sunt, quamobrem seiunxi. Cf. ad 354.

417 CN·HELVIVM·SABINVM
AED·V·B·D·R·O·V·F

Avellino l. c. n. 2. Vestigia Mommsenus vidit.
2 corrige D·R·*p*·O·V·F.

418
TI·CLAVDIVM
D·V·I·D·VESCINVS·ROGAT

Avellino l. c. n. 3; Guarini *fasti* ed. 2 p. 75. Vestigia vidit Mommsenus.

419 LOLLIVM AED·OF
FVSCVM

Avellino l. c. n. 4 et 5, qui separat in duas; Guarini *fast.* ed. 2 p. 83 coniungit cum sequenti. — Momms. vidit v. 2. — 1 O·V·F Guar.

420 *da presso* (praecedenti) AV.

p·PAQVIVM·ET·CAPRASIVM
DIGNISSIMOS·II·V·I·D

Avellino l. c. n. 6; Guarini l. c.
1 init. L Avell. et Guar. — 2 D·V·I·D Guar.

421 ante n. 419 portam Nolanam versus pergenti. — Omnino hoc ordine Mommsenus descripsit quae secuntur inscriptiones portam Nolanam versus 375. 378. 377. 376. 352. 354. 1180. 421. 419. 422. 423. 424.

POPIDIV*m*
SECVNDVM

Descripsit Mommsen.

422—424 *sotto le due teste colossali da noi descritte (p. 3), e credute dell' Africa e della Sicilia* AVELL.

422 ..SAMELLIVM
AED·OF

Descripsit v. 1 Mommsen. — Avellino l. c. n. 7; acta 2 Aug. 1841; *Annali civili* e. d. v. 26 p. 85; acta et Amicone 19 Aug. 1841; *Ann. civ.* e. d. l. c. p. 86; Guarini *fasti* ed. 2 p. 118. — Omnes cum 423 v. 1, acta autem et Annal. 2 Aug. etiam cum 423 v. 2. 424. 444—446 coniunxerunt vel confuderunt.

2 ex actis (ubi OVF), Annal. (ubi O) 2 Aug. et ex actis, Amic. (ubi OVF) et Annal. (ubi O) 19 Aug. accessit.

423 pone praeced., ut 422 v. 1 et 423 v. 1 in eadem linea scripti fuerint.

C·CALVENTIVM
SITTIVM·IIV·I·D·
EGO
ASTYLVS·SVM

Descripsit Mommsen. — Avellino l. c. n. 7. 8. 10, qui v. 1 cum 422 coniunxit. — V. 1—2 acta, Amicone, Annal. ll. cc. — V. 1 Guarini l. c. cum 422; 2—4 cum 424 v. 2 confusos l. c. p. 134.

424 pone 423 et ita quidem, ut 423 v. 3 et 424 v. 1 in eadem linea scripti fuerint.

L·POPIDIVM
SECVNDVM AED OF

Descripsit Mommsen. — Guarini l. c. p. 134 (confusam cum 423 v. 2—4); acta et Annal. 2 Aug. 1841. — V. 1 solum exhibent acta, Amicone, Annal. 19 Aug. 1841. — V. 2 solum Avellino l. c. n. 9. —

2 CER·AED acta et Annal., ubi quibuscum aliis inscr. confusa haec sit, supra ad n. 422 dixi.

425
CLAVDIVM
IIVIR·ANIMVLA·FACIT

Avellino *Bull. Inst.* 1842 p. 171; idem *Bull. N.* 1843 p. 10 n. 11; Guarini *fasti* ed. 2 p. 75. Cf. Minervini *B. N.* 1854 p. 100.

426
SVETTIVM·VERVM·ÆD·OVF
LVCI·FAVE

Avellino *B. I.* l. c.; *B. N.* l. c. n. 12.
2 fuitne FAC·F[*acias*]?

427 RVSTIVM·VERVM·A·V·A·S·P·P
AVGVSTO·FELICITER·AEDILES·SIC·DECET

Avellino *B. I.* l. c. (inde Henzen 7136), *B. N.* l. c. n. 13; Guarini *fasti* ed. 2 p. 27. — V. 2 Mus. Borb. XIII p. 4.

1 A (ante V) om. Guar. — Fortasse corr. ÆD·V·A·S·P·P. — 2 senarius est.

428 *'in due linee'*
POPIDIVM·SECVNDVM·AED...

Avellino *B. N.* 1843 p. 10 n. 14.

429

C · IVLIVM · POLYBIVM
ÆD · OF · PANEM · BONVM · FERT

Avellino *Bull. Inst.* 1841 p. 172; tribus vv. id. *B. Nap.* 1843 p. 10 n. 15 (inde Henzen 6969) et Guarini *fasti* ed. 2 p. 136.

2 *così* (FERT) *credo doversi leggere, benchè altri leggano l'ultima voce* FIAT. *Per dir la verità la seconda lettera manca della traversa media, e la terza ha ancora una forma equivoca* Avell. *Bull. Inst.*

430

SABINVM · AED
O · V · F

Avellino *B. N.* 1843 p. 10 n. 16; Guarini *fasti* ed. 2 p. 157. — V. 1 solum acta 6 Iun. 1841 et *Annali civili* 9 Iun. 1841 (vol. 26 p. 85).

1 AD Ann.

431

MARCELLVM
AED·O·V·F

Avellino l. c. n. 17; acta et Annal. ll. cc.

MARCELLIVM || AED·ROG acta et Annal.

432

M·HOLCONIVM ÆD OF *PINVM* D·R·P

Descripsit Mommsen. — Avellino *Bull. Inst.* 1841 p. 172 (inde Henzen 6968); idem *B. N.* 1843 p. 10 n. 18; Guarini *fasti* ed. 2 p. 26 et p. 112; acta l. c.; Annal. civ. l. c.

Uno versu Avell., acta, Ann. — AD · OF acta, AD O Ann., AED Guar. p. 26, AED·O·V·F id. p. 112. — D·R·P om. acta et Ann. — PINVM solis actis et Ann. debetur; cf. 386.

433 infra praeced.

ALBVCIVM · ET · MARCELLVM
V · A · S · P·P·D · R · P · O · V·F *aed*

Avellino *B. I.* l. c. (inde Henzen l. c.); *B. N.* l. c. n. 19; Guarini ll. cc.; acta l. c.; Annal. l. c. — Mommsen vidit v. 1.

2 pone O·V·F *qualche vestigio di altre lettere incerte* Avell. *B. I.*, AED acta, AD Annal. addunt. Fortasse AED maioribus litteris pone v. 1 et 2 positum erat.

434 Mommsenus titulos 422—424; 432. 433; 434. 435; 380 hoc ordine quo hic posui descripsit.

SVETTIVM AED FAVSTIN . . . ROG . . .

Descripsit Mommsen. — Avellino *B. N.* l. c. n. 20; Guarini *fasti* ed. 2 p. 129; *contin. d. fasti* p. 22.

435 ibidem.

PAQVIV*M* . .

Descripsit Mommsen (PAQVIV....). — Avellino l. c. n. 21; Amicone 29 Mart., acta 1 Apr. 1841; *Annali civili* eod. d. (vol. 25 p. 179).

436 *dall' altra parte della strada stà dipinto il Mercurio* ἐνόδιος *col caduceo e la borsa nelle mani* SCH.

CN · HELVIVM · SABINVM

Amicone l. c.; acta l. c.; Annal. l. c.; Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 117; Avellino l. c. n. 22; Guarini *fasti* ed. 2 p. 120.

HEIVM Avell., HETVM Sch., HELVIM '*e non* HEIVM' Guar.; fuitne HELVIM?

437 *nello staffio di seguito ai descritti* (ubi 435—436) AMIC.

A · TREBIVM · ÆD · PELORVS · ROG

Acta et Amicone 3 Apr. 1841; *Annali civili* 1 Apr. 1841 (vol. 25 p. 179); Avellino *B. I.* 1841 p. 171, *B. N.* 1843 p. 10 n. 23. — A PELORVS novum v. incohant acta et Amic. — AED act. Amic. Ann.

438 *a man destra della strada di chi s'avanza dalla porta* (male; immo a sinistra; v. Avell.) *è dipinta la solita composizione delle trè figure che pestano le uve ammucchiate nel tino, le quali quivi in forma di Satiri codati compariscono. Un' altra figura è occupata nel reccogliere del vino ... Accanto trovasi una donna di un andar maestoso presso la quale stà scritto* SCH.

CVSPIVM · PANSAM · AED

Acta et Amicone 15 Mart. 1841; *Annali civili* eod. d. (vol. 25 p. 178); Schulz *B. Inst.* 1841 p. 117; Avellino *B. N.* 1843 p. 10 n. 24, ubi est _OAED.

439

SALLVSTIVM

Avellino l. c. n. 25.

Fortasse pars est tituli 380.

440

TI · CLAVDIVM · VERVM
VICINI · ROGANT

Avellino *B. N.* l. c. n. 26; Guarini *fasti* ed. 2 p. 76.

1 init. ..I Avell. — Aliud exemplum est 367.

441—476 in lat. septentr. AVELL.

441

SAMELLIVM AED · HERM · ROG

Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 20; Guarini *fasti* ed. 2 p. 117.

In 3 linee Avell.; post SAMELLIVM et HERM*es* incidit Guar., HERM..... certe in fine versus positum fuisse debet.

442	**443**
C · L · F · AED	VATIAM
OF	AED · VICINI

Avellino l. c. n. 19 (inde Guarini *contin. d. fasti* p. 9).

444—446 e regione 422—424 ACT. ANN.

444 C · L · F · AED · OF

445 VATIAM · AED

446 MODESTVM
AED · V · B · O · V · F

Avellino l. c. n. 18; acta 2 Aug. 1841 et *Annali civili* eod. d. (vol. 26 p. 85) coniunctas vel confusas cum 422—424. — 445 et 446 Guarini *fasti* ed. 2 p. 154.

444. 445 C·CA·AED·VETTIVM (nisi quod VAETTIVM Ann.) acta, Annal. — 446 v. 2 O om. Guar.

447

CN·HELVIVM·SABINVM·AED·D·R·P·OVF
L · SVETTIVM · EPIDIVM · II VIR · I · D

Avell. l. c. n. 17; Guarini *fasti* ed. 2 p. 128 n. 4 male; idem ex Avell. *contin. d. fasti* p. 22; v. 2 solum idem *fasti* ed. 2 p. 128 n. 2.

1 H non vidit Av. — 2 corr. *a*·SVETTIVM; est enim A. Suettius Verus. Cf. 408. 409.

448

ALBVCIVM

Avellino l. c. n. 16.

449

CASELLIVM · ÆD

Avellino l. c. n. 15.

450

CAECILIVM

Avellino l. c. n. 14.

451

SIMPLICO · O
'*duobus vv*'.

Avellino l. c. n. 13.

Scr. *Simplic*[*em*] . . . || *o.* [*v. f.*].

452 inter 410 et 456; ad pilas pictas [t. A 83].

S·P·P·OF

Descripsit Mommsen.

Scr. . . . . . [*u. a.*] *s. p. p. o. v. f.*

453 sub 454 MOMMS.

M · LICINIVM · FAVSTINVM · OF

Descripsit Mommsen praeter M init. — Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 12.

454 sub 456 MOMMS.

PAQ*VIVM*
CAPRAS
IVR·D·DIGI

Descripsit Mommsen. — Avellino l. c. n. 11, qui disiunctionem versuum more suo non indicat.

1 PAQ.... Momms. — 2 CAPRA· Av. — 3 DIGI 'incertum' Momms., omisit Avell. — Scr. DIG*ni sunt* vel aliud quid eius generis.

455 sub 456, in tectorio. Nunc Neapoli in museo.

MARIVM · Æ · OVF 0,15

Avellino l. c. n. 10; Amicone 13 Apr. 1841; acta 14 Apr. 1841; *Annali civili* eod. d. (vol. 25 p. 179); Guarini *fasti* ed. 2 p. 105. — \ARIVM nunc restat, quod vidi.

MARIVS Amic., acta, Ann. — Æ·OF acta, ÆD·OF Amic., AED·O Ann.

456 in pariete proximo (ab eo in quo 459 sqq. extant) ACT. ANN. — Nunc Neapoli in museo, in tectorio.

A · VETTIVM
FIRMVM · VERECVNDISSIMVM 0,16
sic IVVENEM·D·V·A·S·P·P·O·V·FACIATIS 0,11

Descripsimus. — Avellino l. c. n. 9; Amic. l. c.; *Ann. civ.* et acta l. c. cum 458; Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 118 (inde Henzen 7138); *Mus. Borb.* XIII p. 4; Guarini *fasti* ed. 2 p. 27 et p. 78.

457 FVSCVM · ÆD
IPHIGENIA · FACIT

Avellino *Bull. Inst.* 1841 p. 171, *B. N.* 1843 p. 19 n. 8; Guarini *fasti* ed. 2 p. 131. — V. 1 solum Amic. l. c., acta 13 Apr. 1841, *Ann.* eod. d. l. c. — 1 AED omnes praeter Av.

458 in eodem pariete, ubi 455. 456 ACT. ANN.

VICINI
CVM · CAPITONE
ROG

Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 118; Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 7; Amic. l. c.; acta 14 Apr. 1841; *Annali civili* eod. d. (vol. 25 p. 179).

1 TICINI Ann. — 2 CAPILONE acta et Annal. — 3 ROGANT Av. — Hanc subiecit 460 v. 1 Am., sed 456 acta et Ann.

459. 460 in eodem pariete cum 457. 461—467 ACT. ANN.

459 . . *r*VSTIVM Æ*d*
ROGAMVS · DIGNVS · EST

460 PAQVIVM · ET · CAPRASIVM
PROBISSIMOS · D · V·I·D·OVF

Avellino *B. Inst.* 1841 p. 171 (inde Henzen 6972); idem *B. N.* 1843 p. 19 n. 6. — 459 et 460 v. 1 acta, Amicone, Annal. civ. (l. c.) 13 Apr. 1841, qui confuderunt omnes cum ceteris ibidem scriptis. — 459 Guarini *fasti* ed. 2 p. 175, *cont. d. fasti* p. 9. — 460 Guarini *cont. d. f.* p. 10; Garrucci *B. N.* 1853 p. 150.

459, 1 CVSPIVM AED acta, Amic., Ann. — AED Guar. p. 175. — 2 ROGANT act., Am., Ann.

460, 1 CAPRASI... Avell. et Guar.

461

L · POPIDIVM · SECVNDVM AED

Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 118; acta l. c.; Amic. l. c.; Ann. l. c.

HO (pro L) acta, Am., Ann. — AED om. eid.

462

M · EPIDIVM · SABINVM · AED

Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 5; acta l. c.; Annal. l. c.

In 2 linee Av. — M·HENNIVM acta et Ann. — AED om. eid. — Cf. n. 470.

463

PAQVIVM

Acta l. c.

Fortasse coniungenda cum 464.

464

PROCVL · ET · C*ap*RASIVM · FILI · AED

Acta l. c.; Ann. eod. d. vol. 25 p. 179.

CERASIVM acta et Annal. — Cf. 454, quam in alio pariete scriptam fuisse ex actis et Annal. intellegitur.

Corrigendum est fortasse: IIVIR I·D.

465

M · SAMELLIVM · MODESTVM · AED
D · R · P · OF

Amicone 13 Apr. 1841; acta l. c.; Ann. l. c.

1 ÆD Amic. — 2 om. acta et Ann.

466

A · R · AED

Acta l. c.; Annal. l. c. — V. 2 praecedentis hanc esse quis credat?

467

SABINVM · AED

Amicone l. c.; acta l. c.; Annal. l. c. — ÆD Am.

468—469 inter 453 et 470.

468 M · EPIDIVM · SA......
D·V·I·D·O·V·F

Descripsit Mommsen.

469

VIBIVM · SE.....

Descripsit Mommsen.

470 inter 469 et 413 MOMMS.

M · EPIDIVM
SABINVM · AED
CAMPANIENSES · ROG

Descripsit Mommsen. — Avellino *B. Inst.* 1841 p. 171 (inde Henzen 6974).

3 'sic, non CAMPANIENSIS' Momms.

Fortasse n. 462 huius est v. 1. 2. — 'Campanienses, ni fallor, Campani vel cives Capuani sunt Pompeiorum incolae' Henzen; cf. Minervini *B. N.* 1845 p. 103.

471 e regione tituli 436 ACT. ANN.

M · EPIDIVM
SABINVM
AED · ROG

Amicone 29 Mart. 1841; acta 1 Apr. 1841; *Annali civili* eod. die (vol. 25 p. 179); Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 118; Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 4; Guarini *fasti* ed. 2 p. 157.

472

MARCELLVM
AED

Avellino l. c. n. 3; eandem fortasse exhibet Guarini *fasti* ed. 2 p. 150.

473. 474 e regione n. 438 ACT. AMIC. ANN. inter 413 et 475 MOMMS.

473	474
CASELLIVM	M · EPIDIVM
AED	SABINVM · Æ

Descripsit Mommsen. — Acta, Amicone, *Annali civili* (vol. 25 p. 178) 15 Mart. 1841; Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 118; Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 2

474 v. 2 Æ Mommseno debetur, ceteri omiserunt omnes.

475 iuxta praeced. orientem versus, litteris antiquioribus in tectorio postea denuo calce obducto.

L · NAEVIM
//VFVM · Al*d*
V · I· //// OF

Descripsit Mommsen.

476 *in uno staffio a sinistra la strada di Nola* ACTA (*negli staffi a destra ed a sinistra la strada di Nola, leggonsi le seguenti iscrizioni* AMIC., at sequitur una haec).

POPIDIVM · SECVNDVM
AED · O · V · F

Acta 1 Mart. 1841; Amicone 6 Mart. 1841; *Annali civili* eod. die (vol. 25 p. 178); Schulz *Bull. Inst.* 1841 p. 118; Avellino *B. N.* 1843 p. 19 n. 1.

1 L·POPIDIVM Schulz. — 2 C·V·F id., nisi forte aliud est programma.

477—492 inter 4 vicum a porta Nolana et portam Nolanam scripta erant; haec enim viae Nolanae pars anno 1813 effossa est.

477 CN · HELVIVM · SABINVM
AED · V · B · D · R · P
O · V · F

Acta 10 Oct. 1813 (inde om. v. 2 Guarini *fasti* p. 63; ed. 2 p. 120, si quidem eadem est).

478

N · HERENNIVM
Æ OF · P . . .

Acta l. c.

2 O . (pro OF) Momms. ex mscr.

479
Q · POSTVMIVM · PROCVLVM
Acta 22 Aug. 1813.

480 infra praeced.
M · CERRINIVM · VATIAM . . .
CAMPANIENSES · ROG · PNILIO SA
Acta l. c.
2 CAMPANIENSIS·ROG·PNILIO (om. SA) Momms. ex mscr.; alio actorum exemplari usus esse videtur Fiorelli, quem secutus sum. — Corrige PA*p*ILIO . . .
Ex 479 et 480 Romanellius p. 276 effecit hanc: PROCVLVM CAMPANIENSES || ROG. VT F.
De Campaniensibus v. ad 470.

481 *sul muro di una casa laterale alla porta* RIB.
SAMELLIVM
Ribau 29 Iul. 1813 (I 3 p. 224), ubi est M.

482 *su di altro muro di casa, prossimo alla porta* RIB.
ALBVCIVM · AED
Ribau l. c.

483 ad dextr. praeced.
CERRIVM VATIAM AED
Ribau l. c.
Nisi male lecta est, Cerrius Cerrinii vice fungi censendus est ut Postius Postumii 195. 1016.

484—488 *alla porta della città posta a settentrione, al cantone che le dissi coll' antecedente mio rapporto* [v. ad 491], *e specificatamente all' altra parte di questo* ACTA.

484 ALBVCIVM · AED · OF
Acta 15 Iul. 1813 (eandem, ut videtur, exhibet Guarini *fasti* p. 126).

485
MARCELLVM · AED · LIGNARI
PLOSTRARI · ROG · LASSI
CVM · *f*ABIO · ET · CRIMIO · ET ·
C · NISIO I*n*FANTIONE
VBIQ ·
Acta l. c. — Inde Guarini *fasti* p. 166, ed. 2 p. 150; Garrucci *B. N.* 1853 p. 150 = Henzen 7241.
1 MARCELIW acta quod correxi. — 3 TABIO ead. — 4 C*al*VISIO corr. Guarini. — IN·FANTIONE acta. — Romanelli p. 276 (= Orelli 4265) diffinxit hoc modo: MARCELLINVM AED.LIGNARJ '*sic*' || ET PLOSTRARJ '*sic*' ROG.VT F.

486
CN · HELVIVM · SABINVM
AED · V · B · D · R · P · O · V · F
Acta l. c. — Inde Guarini *fasti* p. 64, ed. 2 p. 121 om. 2 D·R·P, si tamen eadem est.
1 SABINW acta, quod correxi.

487
M · C · V
. . . . . .
Acta l. c.

488
SVETTIVM
MACI
VICILI
Acta l. c. — Inde Guarini *fasti* p. 119, ed. 2 p. 129, qui MAGI || O·V·F.
2. 3 fort. MA*g*I VI*g*IL*a*; cf. 858.

489
CERRINIM
AED · OVF
Acta l. c.
1 corrige CERRINIVM.

490
M · CASELLIVM · MARCELLVM
AED · AGRICOLAE · ROG
FISINERTICVS
Acta l. c. — Inde v. 1—2 Guarini *fasti* ed. 1 et 2 p. 165 = Garrucci *B. N.* 1853 p. 150.

491—492 *alla porta della città che trovasi a settentrione ad uno de' muri che forma il cantone di una casa, a destra della medesima porta* ACTA.

491
CASELLIVM · ET · ALBVCIVM · AED · V · B
d. R · P · OF
SECANIS///O
ET · VNI//
Acta 11 Iul. 1813. — Inde v. 1—2 Guarini *fasti* p. 127; ed. 2 p. 150.

492
M · C · V · AE*d*
OF
Acta l. c. — Eandem exhibere videtur Guarini *fasti* p. 169; ed. 2 p. 151: M·C·VAT || O·V·F (ed. 2 om. O·V·F).
1 A·EX acta.

493 extra portam Nolanam, lat. sept., in tofo dealbato.
CASELLIVM
. . . . . .
Descripsi. — Eandem significare Romanelli p. 275 videtur.

493*a* ibidem ROM.
C · SALLVSTIVM
Romanelli l. c.
493 et 493*a* quodammodo expressit Mazois I tab. XXXVI 2.

VICOLETTO DELLE TERME.

494 lat. orient., in angulo *del vico dei soprastanti,* in lateribus dealbatis.
0,11 MARCELLVM · ET · CELSVM · AED 0,09
0,065 NOVICI · CAVLO *FAC*
Descripsimus. — Amicone 16 Apr. 1817 (Romanelli p. 146); Gell 1832 I p. 36.
1 MARCELLIVM Amic., MARCELLVM Momms. Gell. — CELSINVM Gell perperam. — 2 . . . NO VICI id., NOVISI Amic. — CAVLO Amic. Gell, om. Rom., GAVIO Momms. — FAC Amic. Rom. Gell (qui +AC), ET(?) . . . . . Momms. — Trium litterarum reliquias vidi tales, ut non dubitem, quin FAC vera sit lectio.
2 fuitne NOVICI CAV*p*O FAC?

495 lat. occ., in pariete septentr. cellulae in dextro latere tabernae positae, cuius tabernae ostium 4 est a *vico dei soprastanti*; rubrica scriptum in tectorio prope solum.
M · C · N · PEQVNIAM
Tab. IX 8. Descripsi. — Q correcta est ex C (an C ex Q ?).

496 lat. occid., in angulo *del vico dei soprastanti,* in tofo dealbato.
C*n* · HELVIVM *sab*IN*um*
AED · D · R · P · O · V · *f*
Descripsi.

STRADA DEL FORO.

lat. orient. 497—520.
lat. occid. 521—527.

497 in angulo viae Augustalium septentrionali; in lateribus dealbatis.
0,27 A · VETTIVM · AED SACCARI ROG
Descripsi. — Acta et Amicone 20 Iun. 1818; Mus. Borb. I p. 22 (inde Guar. *f.* p. 106, ed. 2 p. 82; Garr. *B. N.* 1853 p. 150 = Henzen 7276); Gell 1832 I p. 39.

498 infra praeced. in lateribus dealbatis.

M . SAMELLIVM 0,19

Descripsi. — Acta et Amicone l. c.; Mus. Borb. I p. 23 (Gell 1832 I p. 38; Guarini *fasti* p. 94, ed. 2 p. 117), in quo perperam coniuncta est cum sequenti. — Infra vidi 2 versuum reliquias non plane certas has: AA . . . . . . || CASII . . . . .

499 *in altro* (*pilastro*) ACTA.

*cn? alle*IVM · MAIVM · D · V · I · D
AVRELIVS · CIVEM · BONVM · FAC

Acta et Amicone l. c.; Mus. Borb. l. c. (inde Gell l. c., Guarini ll. cc., Garrucci *B. N.* 1853 p. 150).

Cum 498 et 500 male coniunxit Mus. — 1 MILIVM omnes, correxit Garr. — 2 intellege *fac*(*it*). — In hoc uno titulo *civis boni* appellatione candidatus ornatus est; nam, quem Guarini *fasti* ed. 2 p. 78 exhibet, A·VETTIVM FIRMVM || AED·CIVEM·BONVM·O·V·F, quin ex hoc aliove ab ipso coniciendo confictus sit vix dubito.

500 *nel terzo* (*pilastro*) ACTA.

PAQVIVM · D · V · I · D · O

Acta et Amicone ll. cc.; Mus. Borb. l. c. (Gell l. c.; Guarini *fasti* p. 105, ed. 2 p. 77).

PAQVVIVM Mus. perperam. — O omm. acta et Amic.

501—507 *nei pilastri delle abitazioni che restano alle spalle del tempio di Giove, e proprio nei pilastri delle medesime* (*della medesima* ACTA) ACT. AMIC. cf. Amic. 18 Iul. 1 Aug.

501 N · HERI

Acta et Amicone 12 Sept. 1818.

Leg. *N. Her*[*ennium* . . . . .

502 M · CERRINIVM
M · D
CORON
ROG

Acta et Amic. l. c. — 1 M·CARRINIVM Amic. ed. Fior. et acta. — 2 scr. *ae*D.

503 AVGVSTALIS

Acta et Amic. l. c.

504

. . . . . . M · ALVIVM · D · V · I · D
Q · O · V · F
. . . . . . SONOMASTVS · ROGAT

Acta et Amic. l. c.

1 et 3 init. lacunarum signa addidi. — 1 corr. [*cn.*] *al*[*le*]*ium*; an [*alleiu*]*m* [*ma*]*ium*? — 3 pr. S ultimam nominis gentilis litteram esse puto.

505 . . . II · M · HC ·
PAQVIVM

Acta et Amicone l. c.

1, quae sunt duorum fortasse programmatum reliquiae (*II* || *vir* || *M. Holconium* —?), titulo 507 praemittit Amic.

506

M · HOLCONIVM
ROG
C · *g*AVIVM · RVFVM

Acta et Amicone l. c., ubi 2 est CAVIVM.

507

CN · HELV
AED · CORONA
II · VIR

Acta et Amicone l. c. — Cf. 502.

3 aut alius programmatis fragmentum est aut sic fortasse corrigendum: CORONA||*t*V*s* R*og* (an [*et*] *v*[*e*]*r*[*us* . . . ?)

508 *sul 2 pilastro* (ab angulo viae Augustalium) MVS.

L · POPIDIVM · AED

Mus. Borb. I p. 23 (inde Guarini *valore della cifra* SEXS p. 40; *fasti* p. 133, ed. 2 p. 131). Memorat Gell 1832 I p. 41.

509 *nel 3 pilastro* (ab angulo viae Aug.) MVS.

C · CVSPIVM · PANSAM · AED OF

Mus. l. c., ubi est OR (pro OF) more solito. — Inde affert Gell 1832 I p. 41.

510—513 *in due pilastri senza intonaco, a destra* (510. 511) *ed a sinistra* (512. 513) *della strada* ACTA. Sed *sul nono pilastro* (lat. orient., ab angulo viae August.) MVS.

510 CASELLIVM
AED

511 O · NVMISIVM

512 MAIVM · AED · OF

513 PRISCVM

Amicone 8 Aug., acta 16 Aug. 1823; Mus. Borb. I p. 24 (inde Gell 1832 I p. 41). — Ex Mus. 510 Guarini *fasti* p. 166, ed. 2 p. 151. — 511. 512 id. *fasti* p. 94, ed. 2 p. 118.

511 O omm. acta et Amic., cum 510 coniunxit Guarini sic correctum O·*uf*, fortasse recte. — NVMISSIVM Amic. — 512 OR Mus. — 511 et 512 coniunxit Guar.

514. 515 *nel pilastro dipinto rosso di fronte alla terza colonna* AMIC. in viae latere orient. — *sul 7 pilastro* (lat. orient. a via August.) MVS.

514 SABINVM

515 PANSAM · AED
*e*V*h*ODVS · ROG

Acta et Amicone ll. cc.; Mus. I p. 23 (inde Gell 1832 I p. 41; Guarini *fasti* p. 140, ed. 2 p. 136). — 514 et 515, 1 uno v. Mus. exhibet. — 515, 2 SVLIODVS omnes.

516—517 *nei pilastri di mattoni del portico a destra* AMIC.

516 *nel 15 pilastro* (lat. orient. a via Aug.) MVS.

PANSAM · AED

Amicone 18—19 Sept. 1823; Mus. Borb. I p. 24 (inde Gell 1832 I p. 41).

517

M · HOLCONIVM

Amicone l. c.

518 *di fronte al descritto* (*pilastro*, in quo 525—527) AMIC.

FAVSTO . . . II VIR
. . . .
M · NOLLIVM · ET · M
CALVENTIVM . . .
. . . .

Amicone 8—11 Sept. 1823.

519 in porticus quae est in latere orient. pila quarta eunti ab aede Fortunae; in lateribus dealbatis.

MARCELLVM	0,17
AED · D · R · P	0,09

Descripsi.

520 in porticus pila tertia ab aede Fortunae.

M · C · M	0,21
AED	0,14

Descripsi.

521 lat. occid., inter 1 et 2 ostium a *vico d. soprastanti*, in lateribus dealbatis.

0,21 | P PAQVIVM III

Descripsi.

522 *alla sinistra della strada* ACTA.

M · C · V · A*e*D
o · V *f*

Acta 2 Aug. 1823.

1 A·D, 2 D·V acta.

523 *in un pilastro opposto all' altro dove erano le lettere puntate* (i. e. n. 522) ACT. *in un pilastro della* (*quinta abitazione, che resta a sinistra della strada*) AMIC.

C · I · P · II · VIR

Acta 9 Aug. 1823; Amicone 31 Iul. 1823 eandemque ut videtur 8—11 Sept. 1823.

524 ibidem.

MARCELLVM
AED · ROG

Amicone 8—11 Sept. 1823.

MARCELLIVM Amic. more solito.

525—527 ibidem AMIC. — *alla dritta della quarta bottega, cominciando a contare dalla cantonata, che è dirimpetto il tempio della Fortuna* MVS. i. e. lat. occid. viae fori, ad dextr. 4 ostii a via thermarum. Male intellexit GELL.

525 PANSAM · AED · OF
ET · POPIDIVM

Amicone l. c.; Mus. Borb. I p. 25 (inde Gell 1832 I p. 183; Guarini *valore d. cifra* SEXS p. 41, *fasti* p. 132, ed. 2 p. 131).
1 OR Mus. — 2 extr. Guarini interpolavit addito SECVNDVM. — Sic legenda *Pansam et Popidium aed. ovf*; aliud exemplum est 382.

526 C · CALVENTIVM · II VIR
SITTIVM MAGNVM OF

527 M · C · M
AED

Amicone l. c.; Mus. l. c. (Gell l. c; Guarini *valore* l. c.; *fasti* p. 101, ed. 2 p. 126).
526, 2 OR Mus. — 527, 1 M·G·M Mus.

VICO STORTO.

528 lat. orient., inter 3 et 4 ost. a via Fortunae; in tectorio albo.

IVDICIS · AVG · FELIC · 0,24

Descripsimus. — *Bull. Inst.* 1834 p. 34 (ex actis Iul.—Dec. 1833), inde (coniunctam cum 349) Guarini comm. IX ed. 2 p. 46, *fasti* ed. 2 p. 141 et Avellino *iscr. graff.* p. 16.
De iudiciis Augusti v. ad n. 1074.

529 lat. or., inter *vico del panattiere* et 1 ostium meridiem versus. — *A sinistra della porta da via dell' edifizio, in cui è il forno* AV. In tofo dealbato ut tamen litterae VM album excedant et in ipso tofo pictae sint.

0,22 CASELLIvm 0,07
Æ

Descripsimus, sed solum v. 1 ego. — Avellino *B. N.* 1846 p. 1.
2 ÆD Av.

530 lat. occid., inter 5 et 6 ost. a via Augustalium, in albo tectorio.

L · CAECILIVM 0,32
sic II · IVR//OF 0,17

Descripsimus. — *Annali civili* 26 Febr. 1834 (vol. 5 p. 67), ubi est C·CAECILIVM || D·VIR·O.

531—533 in eodem vico, accuratius locum non indicant ANN.

531 CN · HELVIVM · SABINVM
AED · V · B

Annal. l. c.

532 *s*AMELLIVM · AED
VETTIVS · ROG

533 PANSAM · AED

Annal. l. c., qui 532 et 533 coniungunt.
532, 1 GAMELLIVM Ann.

534 lat. occid., inter 4 et 5 ostium a via Augustalium; in albo tectorio dealbato.

CASELLIVM 0,24
Æ 0,23

Descripsi. — Nihil periit.

Idem distichon domui inscriptum memorant in enarrando illo Diogenis cynici dicto Diogenes Laert. VI §. 50 (cf. §. 39, ubi ultimum hemistichium affertur), Clemens Alex. Strom. VII 4 p. 843 ed. Oxon., Theodoretus serm. 6 (de dei provid.) p. 564 ed Paris. 1642; ita Iuvavi reperta est pavimenti tessellati inscriptio mutila haec (Henzen 7287): ...HIC HABITAT || NIHIL INTERET MALI. — In excerptis ex Dionis l. 72 (p. 225 Mai; p. 362 Bekker) leguntur haec: ὅτι τοῦ κολοσσοῦ τοῦ ἐν Ῥώμῃ Κόμοδος τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενος καὶ ῥόπαλον αὐτῷ καὶ λεοντῆν ἐπιθεὶς ἔγραψε Λούκιος Κόμοδος Ἡρακλῆς· ἐφ᾽ ᾧ τὸ φερόμενον ἐπίγραμμα γέγονεν Ὁ τοῦ Διὸς παῖς, καλλίνικος Ἡρακλῆς, Οὐκ εἰμὶ Λούκιος, ἀλλ᾽ ἀναγκάζουσί με. — Cf. Preller *griech. Mythol.* II² p. 236 et p. 272.

---

734 inter n. 7 et n. 8 in lateribus dealbatis.

LOLLIVM · FVSCVM 0,36
AED · OF 0,09

Descripsi. — Acta 19 Mai. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 17, qui coniunxit cum 735; Fiorelli *giorn.* 1861 p. 96.

---

735 infra praecedentem in lateribus dealbatis.

II · POPIDIVM · RVFVM 0,23
II VIR · SEVERVS · ROG 0,14

Descripsi. — Acta l. c.; Minervini l. c.; Fiorelli l. c.
1 init. LV acta, L· Min. Fior.; lege N·

---

736 infra 738 in lateribus dealbatis.

POSTVMIVM 0,24
QVINQ 0,09

Descripsi. — Fiorelli l. c.

---

737 inter 736 et 738 in lateribus dealbatis.

0,26 L · CEIVM · SECVM II VIR OF 0,11
AMIVLLIVS · COSMVS · CVM
. . . . ARIO · ROG

Acta 19 Mai 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 17, cf. p. 37. — Ego nil vidi nisi 1 exceptis EIVM.

3 ARIO om. acta.

L. Popidium Secum habes n. 693; v. quae dixi p. 9. — AMIVLLIVS quamquam clare sic legi Minervini p. 37 affirmat, quin tamen male lectum sit pro AMVLLIVS vix dubito (cf. n. 634 Fior.); novimus enim hominem ex titulo rubro colore amphorae collo inscripto, quae reperta est in taberna n. 24 e regione huius pilae sita (*nella prima bottega a sinistra l'entrata del peristilio delle Terme Stabiane* acta 25 Sept. 1855), hoc: M·AMVLLIO || CMO, ut in ea taberna habitasse videatur; cf. n. 1111.

---

738 pone 734 in lateribus dealbatis.

*e*PIDIVM SABINVM
IIVI! !O..VMIFACIVNT

Descripsi. — Ad hanc fortasse pertinet SABINVM in actis 19 Mai. 1855.

2 fortasse restit. *IIvi*[*r*(*um*) *P*]*o*[*st*]*umi faciunt*.

---

739 inter n. 8 et n. 9 in lateribus dealbatis.

0,30 | VIBIVM II VIR |

Descripsi. — Acta 19 Mai. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 18; Fiorelli *giorn.* 1861 p. 98.

---

740 inter n. 9 et n. 10 in lateribus dealbatis.

| L AED LLIVM | 0,25
| AGNA · RO . . . . |

Acta 28 Apr. 1855; *Annali civili* vol. 53 p. 144 eod. d.; Minervini l. c.; Fiorelli l. c. p. 98 et p. 104. — Ego nil vidi nisi LOLLIVM.

LOLLIVM || AED Fior. p. 98. — 1 AED om. Ann. et Fior. p. 104. — 2 solus Minervini servavit, qui aliquantum dubia esse ait.

---

741 infra praecedentem in lat. dealb.

| CEIVM | 0,23

Descripsi. — Fiorelli l. c. p. 104.

---

742 inter n. 10 et n. 11 in lat. dealb.

| M · CERRINIVM · AED ROG |

Descripsi. — Acta 28 Apr. 1855; *Annali civili* vol. 53 p. 144 eod. d.; Fiorelli l. c. p. 104.

---

743 inter n. 11 et n. 12 in albo tectorio.

I · TREBIVM
AED TONSORES 0,105

Descripsimus (KZ); 1 litterarum I·TRE vestigia vidi; 2 extr. s Kiesslingio debetur.

437 est A. Trebius.

---

744 infra praecedentem in albo tectorio.

POPIDIVM · SECVND 0,09
AED 0,07

Descripsimus (KZ). — Eadem fortasse est 773.

---

745 inter n. 13 et n. 14 in tofo dealbato.

| M · HOLCONIV*M PRISCVM* | 0,29
| II VIR · D · R · *P* · O · V · F | 0,13

Descripsi praeter litteras inclinatas. — Acta 17 Sept. 1853; Minervini *B. N.* 1854 p. 50.

---

746 *sul quinto pilastro a sinistra* MIN. i. e. inter n. 14 et n. 15.

L · C · SECVNDVM
II · VIR · I · D · O · V · F . . . .

Acta 17 Sept. 1853 (*sottoposto al secondo rigo leggesi* FVSCVS·ROG = 747 v. 2); Minervini *B. N.* 1854 p. 49.

1 CEIVM acta. — 2 extr. *seguono tracce di un nome illegibile* Min.

---

747 inter n. 14 et n. 15 in lateribus.

C · C · S · M 0,23
FVSCVS · ROG 0,065

Descripsi. — Minervini l. c.; v. 2 solum acta l. c.
1 CASELLIVM Min. perperam.

---

748 *sul quarto pilastro a sinistra* MIN. — Inter n. 15 et n. 16 in lateribus dealb.

| L · C · SECVNDVM | 0,26
| II·VIR·I·D·O·V·F·VER·ET·ADIVTOR | 0,08
| ROGANT |

Minervini l. c. — 1 vidi praeter L, versuum 2 et 3 vestigia dubia.

---

749 inter n. 28 et n. 29 in lat. dealb.

0,20 L·POPIDIVM·L·F·AED
0,09 IVVENEM·DIGNISSIM·ROG

Descripsi praeter 2 N. — Acta 30 Iun. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 18.

---

750 in 749 v. 1.

A · V · C · F AED 0,19

Descripsi.

---

751 supra 749 in lateribus dealbatis.

. . . . . M SABINVM

Descripsi; paene evanuit. — Eiusdem esse fragmentum videtur quod in actis 30 Iun. 1855 extat: . . . . . INVM.

---

752 inter n. 27 et n. 28 in laterib. dealb.

HOLCONIVM · AED
O · V · F · CLODIVS

Descripsi et integrum esse adnotavi. — Acta 30 Iun. 1855. — Huius ut videtur v. 1 exhibet Minervini *B. N.* 1856 p. 18.

753 infra praecedentem in lat. dealb.

GAVIVM · RVFVM 0,23
. . . . SAGARI · ROG 0,14

Descripsi. — Huius ut videtur v. 1 exhibent acta l. c.

754 inter n. 26 et n. 27 in lat. dealb.

L · POPIDIVM · L · F · AED 0,16
D · R · P · OF · 0,09

Descripsi. — Acta 9 Iun. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 18.

755 pone 754 v. 2 litteris maioribus et col. paullum diverso.

P · V · N · 0,105

Descripsi. — Acta l. c. et Minerv. l. c. coniunctam cum 754.

756 infra 754.

0,13 MODESTVM · QVIN. . . *SAGATA · ROGAT* 0,08

Descripsi principium. — Acta l. c. cum 754 et 755 coniunctam; Minervini l. c. SAGATA · ROGAT altero versu acta; *e poi* SAGATA · ROGAT Min.; vestigia incerta in eod. v. vidi.

757 inter n. 25 et n. 26 in tofo dealbato.

c. 0,46 | GAVIVM · RVFVM / II VIR · OF |

Descripsi. — Acta l. c.; Minervini *B. N.* 1856 p. 19.

M · GAVIVM acta et Min.; sed M illa dimidio prope minor quam GAVIVM pertinet ad aliud programma, cuius sub GA extant reliquiae aliae hae: II VIR.

758 ibidem.

NVMMIANVM . . .

Descripsi. — Acta l. c.; Minerv. l. c.

758*a* infra praecedentem in tofo dealbato.

| POSTVMIVM | 0,38
| . . . . |

Acta l. c. — Reliquias vidi.

759—763 in thermis Stabianis (utor forma, quam exhibet Mus. Borb. XVI tab. AB = Marquardt *Röm. Alterth.* V tab. II).

759 *sulla seconda colonna del peristilio a sinistra l'entrata del giardino* ACTA. — In porticu 12 in ordinis meridionalis columna quarta ab angulo orientali, colore r. pictum in albo tectorio.

P · VED 0,09

Descripsi. — Acta 31 Aug. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 21 et 24.

P · VIID acta male.

760 in conclavi 18 in pariete occidentali tectorio carbone inscriptum.

OBLIGE MIIA *FIILA* . . .
MIINTLAM ELINGES
TCLOfTORGC
DIISTILLATIO MII TIINIIT

Tab. XVI 5 ex meo apographo; Kiessling in schedis. — Acta 8 Iun. 1857; solos vv. 1 et 4 Minervini *B. N.* 1858 p. 4.

1 ..IIA FIILA... acta, MIIAAIO Kiessl. — 2 LINGOII id. —3 acta servarunt; reliquias incertas vidi. — 4 integerrimae et clarissimae omnes litterae a. 1865 extabant. — Actorum ac praesertim Minervinii errores piget referre.

761 in camera 26 in pariete orientali in tectorio albo carbone scriptum.

VA · ASBESTE ·O////////// 0,09
CONCE//////////////

Descripsi. — Minervini *B. N.* 1858 p. 7, qui fragmenta om.

2 CONGE '*sic*' Min., cuius absurda est interpretatio *va(de), Asbeste, longe.* — In fine multa periisse possunt.

762 ibidem in pariete septentrionali in tectorio albo carbone scriptum.

FELICITER I = 0,17
ASBESTE AEGROTES O = 0,03

Descripsi quae restabant. — Minervini l. c.; correxit p. 196.

1 fuitne huiuscemodi [*Asbesto*] *feliciter*? — 2 . . VREXSE? Min. p. 7; nunc perierunt.

762*a* in eodem pariete tectorio creta inscriptum.

SABINVS CVMSVM B = 0,24
IAIVIA
ARIONIO
. . .

Descripsi; evanida sunt.

1 tertia a fine littera C aut S fuit, ultima A · aut M. — 2 sAIVIA? — 3 ARI (an AN?) ONIO?

763 pone praecedentem, sub 762 creta scriptum in tectorio.

ASBESTVS CVNNVM
LINGES *sic*

Tab. XII 7. Descripsi.

764 in lat. sept. viae Holconii inter n. 21 et n. 21*a* in tofo dealbato; utrumque ostium nunc muro clausum est: n. 21 certe antiquitus. — *Sul quinto pilastro a sinistra* MIN. immo a dextra.

0,34 | //VETTIVM · · · · · · |

Descripsi. — Minervini *B. N.* 1854 p. 50.

765 in eadem pila MIN.

p. VEDIVM · AED
SESTIVS · PROCVLVS · ROG

Acta 1 Oct. 1853; Minervini l. c.

1 SVEDIVM acta, VEDIVM Min.

766 in eadem pila MIN.

CASELLIVM · AED

Acta l c.; Minervini l. c.

767 *sul secondo pilastro a sinistra* (immo a dextra) ubi prisca 52 MIN. = inter n. 18 et n. 19.

N · HERENNIVM . . . . .

Minervini l. c.

767*a* reperta *sul secondo pilastro a destra* ACTA i. e. inter n. 18 et n. 19.

HOLCONIVM PRISCVM / II · VIR · I · D / O · V · F

Acta 11 Aug. 1853 cum 768 coniunctam, cf. 791 et 792; Minervini *B. N.* 1854 p. 27.

768 sub praecedenti ACT. *più sotto* MIN.

M · EPIDIVM · SABINVM · D · I · DIC · OF / DIG · EST
DEFENSOREM · COLONIAE · EX · SENTENTIA · SVEDI · CLEMENTIS · SANCTI · IVDICIS
CONSENSV · ORDINIS · OBMERITA · EIVS · ET · PROBITATEM · DIGNVM · REIPVBLICAE · FACIAT
SABINVS · DISSIGNATOR · CVM · PLAVSV · FACIT

Acta l. c.; Minervini l. c. (inde Henzen 7088*a*). — 2 accentus s. apices, quos in finalibus verborum SENTENTIÀ et SANCTÌ deprehendisse sibi visus est Min., ut n. 1059 nullus dubito quin maculae sint invito scriptore factae. — 3 extr. lege *faciat(is)*. — 4 LIBINVS acta; 597 est *Elainus dissign(ator)*, quod nomen vide ne hic quoque restituendum sit; cf. 958.

Alia exempla habes 791 et 1059. — *Suedius Clemens* notus est ex titulo I. N. 2314 basi statuae inscripto in via *de' sepolcri* hoc: *ex auctoritate imp. Caesaris Vespasiani Aug. loca publica aprivatis possessa T. Suedius Clemens tribunus causis cognitis et mensuris factis rei publicae Pompeianorum restituit.* — Idemque haud dubie est primipilaris ille, qui ab imp. Othone a. 69 in Galliam Narbonensem inter duces expeditionis missus est (Tacit. hist. I 87; II 12). — De *defensoribus* v. Henzenum l. c. recte monentem defensores magistratus saeculi quarti non esse confundendos cum hoc coloniae defensore, qui sic dicitur non tanquam magistratus, sed honorifice ob patrocinium vel susceptum vel suscipiendum. — Dissignator est scaenarius.

769 *a sinistra della strada* ACT. MIN. i. e. in lat. meridionali. — Inter 735 et 737 exhibent ACTA, inter 727 et 737 MIN.

SECVNDVM
AED · O · V · F

Acta 19 Mai. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 17.
1 I SECVNDVM acta.

770 *a sinistra della strada* (i. e. in lat. merid.) MIN. qui exhibet inter 732 et 735.

CASELLIVM

Minervini *B. N.* 1856 p. 17.

771 *a sinistra d. strada* i. e. in latere meridionali ACTA quae inter 734 et 739 exhibent.

LOLLIVM
AED OF

Acta 19 Mai. 1855.

772. 773 *a sinistra d. strada* i. e. in lat. merid. ACT. ANN. ubi inter 740 et 742 extant.

772 POPIDIVM · C . . . . . .

773 POPIDIVM · SECVNDVM
. . . .

Acta 28 Apr. 1855; *Annali civili* vol. 53 p. 144 eod. d.
Lacunarum signa om. Ann. — 773 fort. eadem atque 744.

774 *a sinistra* i. e. in lat. mer. ACT. ANN. ubi cum 742. 772. 773. 740 exhibetur.

P · S · M · IVI . . . . .

Acta l. c.; Annal. l. c.

775 *sopra gli ultimi pilastri* [i. e. in pilis proximis a via *dell' Abb.*] ACT. quae cum 752. 779. 753 exhibent; *su' pilastri a destra* MIN. qui post 757 et 758 exhibet.

CEIVM · SECVNDVM
II · VIR · I · D · POSTVMIV . . .

Acta 30 Iun. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 19 uno versu.
2 *Postumius* utrum rogator fuerit an candidatus discerni nequit.

776 ibidem.

L · POPIDIVM · AED

Minervini l. c. p. 18.

777 ibidem. — Cum 749 exhibent ACT. MIN. *di caratteri molto trascurati e strani* MIN. Huius fortasse in 749 v. 2 sub 750 reliquias vidi.

PANSAM · AED

Acta 30 Iun. 1855; Minervini l. c. non sine dubitatione.

778 *a sinistra* i. e. in lat. merid. MIN. qui post 740 et 739 exhibet; titulo 732 subiungunt ACTA.

Q · POSTVMIVM
MODESTVM · QVINQV
VICINI . . . .

Acta 9 Iun. 1855; Minervini l. c.
2 [Q]VINQV· Min. — 3 alienum esse a praecedenti titulo suspicatur Minerv., sed ob solam coloris diversitatem.

779 iuxta viam *dell' Abbondanza* ACTA quae inter 752 et 753 exhibent.

l · POPIDIVM · *l* · F ·

Acta 30 Iun. 1855, ubi bis est I pro L.

780 ibidem. — Cum 727 exhibent ACTA.

L · C · S · II · VIR
. . . .
FACIT

Acta l. c.

781. 781*a* ibidem. — Cum 729 exhibent ACTA.

781 POSTVMIVM

781*a* L · C · S

Acta l. c. — Disiunxi.

782 proxime a via *dell' Abbondanza* ACT. *a destra* MIN. — Post 749 et 777 exhibent ACTA, inter 776 et 757 MIN.

Q · POSTVMIVM · PROCVLVM · AED · OF

Acta 30 Iun. 1855; Minervini *B. N.* 1856 p. 19.
OVF Min.

783. 784 *sopra due grandi massi di tufo di Nocera pertinenti allo spazio ove fu la statua di Olconio* MIN.

783 FORENSES · ROG

Acta 19 Aug. 1853; Minervini *B. N.* 1854 p. 29 (*seguiva ad un nome illegibile*).
Duobus vv. acta.

784

P · PAQVIVM · D · I · D

Acta l. c.; Minerv. l. c.
D·I·D om. acta.

VIA DELLA REGINA.

785. 785*a* hic posui propterea quod 785*a* in eadem via atque 786 descripsit MOMMS. qui viam theatrorum appellat; quocum consentit quod 785*a* parieti huius viae e regione vici XII deorum posito appictum est apud MAZ. II. Cf. Mus. Borb. ad 709. — Exhibet cum 705 et 706 quae *nella parete a sinistra della strada* (*che porta ai Teatri*) *e proprio il muro esterno del Calcidico* extare dicit AMIC. Nec vero ipse infitior, eodem fere iure 707—709 huc revocari posse; malui tamen 785. 785*a* propter praenomen 785*a* v. 2 quod deest 709.

785

C · CVSPIVM · PANSAM
AED · O · V · F · CAECILIVS
PLIOLIVS · ROG

Amicone 5 Febr. 1816 = Arditi *legge Petronia* p. 14 ex actis (*fu trovata a' 4 di marzo del 1816*); inde Guarini *fasti* p. 141, ed. 2 p. 149. — Nescio an haec sit quam quodammodo expressit Mazois II tab. 5, 1 (cf. p. 38). — V. 1 in via *della Regina* legit Romanelli p. 172.
3 corrige P*h*O*eb*VS. Idem fortasse est I. N. 2246 *L. Caecilius Phoebus.*

785*a* in via theatrorum MOMMS. in latere merid. in angulo ad sinistram arae MAZOIS II.

C · CVS *ium pansam*
L · POPIDIVM · SECVNDVM *aed*
*I*VVENES · PROBOS · DIGNOS · R · P · O · V · F
ScR · INFANTIO

Descripsit praeter litteras inclinatas Mommsen. — Amicone l. c.; Mazois II tab. 6, 1; Mazois III tab. 1 (aeri incis.). Cf. Mus. Borb. I p. 8. — V. 2 L·POPIDIVM·SECVNDVM ex hac fortasse memorat Romanelli p. 172, quam in via *della Regina* extare dicit.
1 solus Momms; an forte reliquiae sunt tituli 785? — 2 P (pro L) Amic. — SECVDVM Maz. III. — MD Maz. II, AJJ id. III. — 3 PROPOS Maz. III. — 4 SER omnes (SFR fort. Maz. III); Momms. non vidit. — Aliud exemplum est 709. — Pone hanc IOYΛIOCCΦHB addit Maz. III.

786 in via theatrorum MOMMS. — In viae *della Regina* latere merid. ad sinistram 1 ostii ab angulo ubi est ara orientem versus pergenti, in tectorio.

Q · POSTVMIVM · QVINQ 0,17
. . . . *c*[VMVESB]INO · ROG 0,135

Descripsimus. Has ego litteras integras vidi 1 Q . OSTV . . . M, 2 INO·ROG.
2 VM VESBI incerta Mommseno visa sunt.

786*a* in via *della Regina* ROM.

C · HOLCONIVM SER

Romanelli p. 172. — Scr. *a*E*d*? an S*c*R?

VIA DEL TEMPIO DI ISIDE.

787 *strada che passa avanti il tempio d' Iside, nel muro della casa che resta dirimpetto la porta del medesimo ... sopra un muro rustico, che resta solamente imbiancato nella forma* (tabellae ansatae) ACTA. Male Isidis templo adpictum fuisse dicit DISS. Recte IORIO p. 236 (ubi corrige 26*me*). — *Riletta da me* GARR., sed in museo Neapol. non repperi. — Litterarum magnitudinem indicavi ex actis.

CN · HELVIVM *on.* 14
SABINVM · Æ · ISIACI *on.* 10
VNIVERSI · ROG *on.* 4

Acta 7 Iun. 1766; Diss. Isag. tab. VII 7 p. 65 (inde Iorio p. 238; Guarini *fasti* p. 64, ed. 2 p. 121); Garrucci *B. N.* 1853 p. 151 = Henzen 6028.
2 AED·ISIACE acta Fior., Æ·ISIACE acta Momms.

787*a* in aedd. *senza prothyrum* [n. 9]; *sopra una delle pareti del tablino si vede una Vittoria coronata seminuda, con corona nella d., e scudo nella s., sul quale è scritto* LVG.

S · C

Lugebil *Bull. Inst.* 1861 p. 239; cf. Cavedoni *B. N.* 1862 p. 119, qui ad clipeum virtutis, quo Augustus, Vespasianus, Titus *S*enatus *C*onsulto honorati fuerint referendum esse censet. — Easdem litteras in simili pictura atrii aedd. Castoris et Pollucis (*strada di Mercurio* n. 11) scuto inscriptas legit Bechius Mus. Borb. V p. 8.

788 in domo humili (n. 8?) in pila, quae cum columna xystum atrii cingit, in tectorio albo minio pictum litteris quadratis.

NER · VA
ASCC

Descripsi et integra esse mihi visa est.

788*a* in *muro a destra della dietro-bottega n. 12 tracciato col carbone* ACTA.

VCCXCII CXXCIVI
V · CCXC
V · CCCXIII · V · CCVXI
CC · LXXIIX CCLXX

Acta 14 Ian. 1861 (ed. Fior. *giorn.* 1861 p. 327).

788*b* in muro *destro di un corridoio in seguito al n. 11, anche scritto col carbone* ACTA.

MI VII · IV · VII · VIII
X · V · X · VII · VI · XI · V
VII . . . III · VII · VI · IX · IIX · VIIM

Acta l. c.

VICO DI EVMACHIA.

lat. occid. 789—795.
lat. orient. 796—803.

789 in muro aedificii Eumachiae iuxta angulum viae *dell' Abbondanza* in albo tectorio.

l. popidium SECVNDVM c. 0,30
aed O·V·F·DIGNVS·EST 0,10
SCR · INFANTIO

Descripsi. — Eadem esse videtur quam loco non indicato exhibent *Wien. Jahrb.* XX p. 14 (= Orelli 3700*g*) huiusmodi P·POPIDIVM·SECVNDVM || AED·O·V·F·DIGNVS EST.

790 in muro aedificii Eumachiae.

LOLLIVM ÆD

Gell 1832 I p. 8. — AED vel Æ Gell ubique fere sic ÆD exprimit.

791. 792 *a sinistra della strada* (venienti ex via *dell' Abbondanza*), *nella faccia di fronte di un grande pilastro* ACT. in muro aedd. ubi pictura obscaena cum inscriptione 794 fuit, id quod patet ex AMIC.

791 M · EPIDIVM · SABINVM
EX · SENTENTIA · SVEDI · CLEMENTIS · D · V · I · D
OF

Amicone 23 Aug., acta 24 Aug. 1822 (ex actis Guarini *fasti* p. 159, ed. 2 p. 155).
2 ELEMENTIS Amic. — 3 om. acta. — Cf. 768.

792 infra praeced.

M · HOLCONIVM · II · VIR

Amicone l. c.; acta l. c. — Cf. 767*a* et 768.

793 *nel lato opposto* eiusdem pilae ACT. in eadem pila AMIC. — In muro aedificii, in quo pictura obscaena GELL.

LOLLIVM · Æ OF
VERPVS · ROGAT

Amicone l. c.; acta l. c. (inde Guarini *fasti* ed. 1 et 2 p. 131, qui 1 D pro Æ OF); eiusdem opinor partem hanc LOLLIVM ÆD exhibet Gell 1832 I p. 11.
2 ROG Amic.

794 *disterrandosi uno stanzino di abitazione alla sinistra della strada opposta al Foro verso oriente* (*vico di Eumachia* lat. occid.), *si è rinvenuto dipinto sul muro laterale di esso un gruppo di due figure di sesso differente in azione molto scandalosa, di misura un palmo e mezzo circa in quadro, sopra di cui sono segnate* ACT. in aedibus *del Re di Prussia* AMIC. Nunc Neapoli in museo (*raccolta pornogr.* n. 22); litteris nigris quadratis.

LE*NT*E · IMPELLE

Descripsi quae supersunt. — Amicone 23 Aug. 1822; acta 11 Oct. 1822 (cf. 1828 p. 204); Fiorelli *Bull. del museo nazion.* I p. 110, qui ibidem alias litteras evanidas vidit.

795 *all' estremità del lato sinistro della strada* venienti a via *dell' Abb.* ACT. *in seguito dell' abitazione ove si vede il quadretto osceno* AMIC.

C · LOLLIVM · FVSCVM · AED

Amicone 4 Mart., acta 5 Apr. 1823.
AED om. Amic.

796—801 *nei pilastri della detta abitazione* (*nella strada laterale alla rampa del Calcidico, e proprio in una bottega a destra della detta strada* 24 Apr.) AMIC. 796—798 *a destra della strada che resta al lato orientale del Calcidico . . . . nel fronte di alcuni pilastri del sito medesimo, delle solite iscrizioni segnate di color rosso e nero. Quelle di rosso sono* 796. 797 v. 1; *di color nero* 797 v. 2. *A sinistra nel lato opposto alle medesime, di color rosso* 798 ACTA.

796 LOLLIVM aeD OF

Amicone 28 Apr., acta 29 Apr. 1820. Hanc significare videtur Gell 1832 I p. 8 lin. 6.
I·D || OF Amic., I·D·OF acta.

797 in muro secundae a via *dell' Abb.* tabernae GORO in tabula I n. 28.

A · SVETTIVM CERTVM ET
M·EPIDIVM·SABINVM·II·VIR·I·D·OF

Acta l. c.; Amicone l. c.; Gell 1832 I p. 8. Meminit Goro p. 110. Ex eadem opinor Gell et Gandy p. 166 (ligno express.) effecerunt hanc CERIVM·ET·SABINVM || II VIR·Æ·O·V·F.
Perverso ordine sic exhibet Amicone 797 v. 1. 798. 797 v. 2. — 1 C (pro A) Gell. — CERTVM om. Am. — 2 M·LEPIDVM SABINVM (sqq. om.) Gell.
Idem candidatorum par propositum est 122. 359—360. 447.

798

POPIDIVM · RVFVM

Acta l. c.; Amicone l. c., qui perperam cum 797 confudit.

799 *a destra della strada* ACTA. — Inter n. 6 et vicum *degli scheletri* in tectorio dealbato.

0,23 SEXTIVM SYRTICVM D VIR....

Descripsimus (MKZ). — Amicone l. c.; acta 6 Mai. 1820. Memorat Gell 1832 I p. 8. — Litterae X, Y, TIC evanidae erant cum descripsi. Lectio tamen satis testata est. — D·VIR acta et Amic.; II VI.... altero exemplo, O·V·F altero Momms.; ..O·V·F Kiessl.; DVI... evanidas vidi ego, qui non contuli cum ullo apographo.

800

POPIDIVM · RVFVM AED Neo?·ROG

Amicone l. c.
NAG·ROG Amic.

801

C · SALLVST · M · CERRINIVM · AED
M · LVCRETIVM ·
d. u.
A · SVETTIVM · CER*t*VM · I · D

Amicone l. c. — Fortasse disiungenda sunt.
3 CERIVM Amic. — D·V e coniectura addidi.

802. 803 *nei due lati di un androne appartenente forse a qualche abitazione, posta a destra della strada* ACTA.

802 *da una parte* ACT.

CERRINIVM · ÆD ·

Acta 3 Nov. 1821.

803 *dall' altra* ACT.

M · CERRINIVM · ÆD · OF · SC*r* · FLORILLVS

Acta l. c., ubi est SCA.

VICO DEL LVPANARE.

lat. orient. 804—810.
lat. occid. 811—825.

804 *ingresso* (thermarum) *eseguito sul medesimo gusto de' molti ingressi dell' edifizio; cioè due pilastrini di tufo bigio di Nocera, con semplice cornice. Nella parte liscia di detta cornice vedesi dipinto col pennello di nero* MIN. supra n. 13, qui est aditus thermarum Stabianarum proximus ab eo, in quo est inscriptio graphio facta Neronis (i. e. n. 12 viae lupanaris). Sic enim interpretanda sunt, quae MINERV. confuse satis exponit.

MVLIER

Minervini *B. N.* 1858 p. 8, qui addit: *e pare che non vi fosse altra scrittura.* — Inde Michaelis in Gerhard *Denkmäler und Forschungen* 1859 n. 124 p. 29.

805 inter n. 15 et n. 16 in albo tectorio.

S I R I C V M 0,215
II
q. post VMJVM · MODESTVM Æ
SIRICE·FAC·FACIAS

Descripsi et contuli. — Fiorelli *giorn.* 1862 p. 3; Kiessling *Bull. Inst.* 1862 p. 94.
1. 2 alia manu quam 3. 4. — In his aedibus signaculum aereum nomine SIRICI inscriptum repertum est, ut Siricum harum aedium dominum fuisse Fiorellius recte censuerit. Cf. 911 in via Stabiana in earundem muro scriptum et 805*b*. — Ceterum in hoc solo programmate *Q. Postumius Modestus* aedilitatis candidatus est.

805*a* in domo n. 16 *nel cubicolo* e *a d. dopo il protiro* [Niccolini *casa di Sirico* tab. I n. 4] ... *in alto a grandi lettere rosse era dipinta una parola, di che rimangono solo le due prime* FIOR.

SI.....

Fiorelli l. c. p. 10.

805*b* in eadem domo in faucium (*h* Fiorelli *giorn.* 1862 p. 17 = Niccolini *casa di Sirico* t. I n. 8) pariete dextro eunti in culinam, in albo tectorio litteris denigratis praeter infimam I prioris partem, quae eundem atque candidatorum programmata rubrum colorem ostendit.

SIRICVI 0,12
O \

Descripsi. — Fuitne SIRICV*m* O· [*r. f.*]?

806. 807 exadversus vicum *del balcone pensile* inter n. 18 et n. 19 in tectorio. *È dipinto a modo d' insegna un elefante* [*rosso*], *che cinto nel corpo da grosso* [*giallo*] *serpente è custodito da un pigmeo*[*r.*]; *sopra in una picciola tabella ansata leggesi* [806] FIOR.

806
SITTIVS RIIS
TITVIT
II L II FAN
TV
elephantus r.
eleph. rector r.
vas g. in basi r.
columna r.

807 HOSPITIVM · HIC · LOCATVR 0,17
TRICLINIVM · CVM · TRIBVS · LECTIS 0,13
II · COMM 0,07

807 descripsi, 806 evanuerat cum tabella. — Fiorelli *giorn.* 1862 p. 24, cf. p. 120; Kiessling *Bull. Inst.* 1862 p. 93, melius in schedis.
806, 3 IILIIFANTV K. ed. — 3. 4 uno versu Fiorelli. — 807 ante v. 1 duarum litterarum reliquiae mihi apparuerunt, ab hac opinor alienarum; nec minus alienae fuerint quas 2 init. praeter quattuor hastarum vestigia vidi P (vel R) I (vel E vel T vel L) aliquantum diversi et punctum plane eiusdem coloris; P.. Kiessl. in schedis (E[T] *Bull.*, ubi coniunxit cum sqq.); mecum sentit Fior. p. 120. — 3 IIT COMM *senza traccia di altre lettere consecutive* Fior.; ET·COMM Kiessl. in sched. (COM.... *Bull.*).

808 sub 807, ita ut T prima infra M verbi TRICLINIVM et I infra C verbi LECTIS positae sint; colore nonnihil diverso in tectorio.

T · TERENTIV 0,14

Descripsi praeter V. — Edd. Fiorelli *giorn.* 1862 p. 41; Kiessling l. c.

809. 810 *al termine della via dei Lupanari, di rincontro al programma gladiatorio* [n. 1190] FIOR. i. e. iuxta angulum viae Augustalium in lat. orientali viae lupanaris.

809 SABINVM

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 63.

810 M · CERRINIVM
AED·OVF·D·R·P
Fiorelli l. c.

811 inter n. 29 et n. 30 in lateribus dealbatis.

0,08 M · CERRIN

. . . . .

Descripsi.

812 inter n. 27 et n. 28 infima pila in parva Mercurii pictura d. caduceum, sin. marsupium tenentis litteris cursivis rubris in tectorio, supra marsupium.

MERCVRIVS 0,13
FELIX CCCIↃↃↃXXX

Descripsimus (KZ). — Ed. Kiessling *Bull. Inst.* 1862 p. 93. 2 FE et numeros non vidi.

813 inter n. 26 et n. 27 in serpentium ingenti pictura litteris albis quadratis in tectorio rubro pictum.

0,04
OTIOSIS·LOCVS· HIC NON EST DISCEDE MORATOR

Descripsimus (KZ). — Ed. Kiessling l. c.

814 ad dextram 813 colore albo in tectorio iuxta portam n. 26, quae est cella angustissima cum lecto, litt. quadratis.

IDI · VLIIASDRVSOVINA · OTISD 0,03
INDOIO POTO NIL
VII ERSCITO
ERVMB
CAVPO
MARN

Descripsit evanidam Kiessling, ediditque l. c.; cuius in lectionem quadrant quae ipse vidi vestigia vv. 1—5, nisi quod v. 1 extr. OIDI, 2 DORO (pro POTO) videre mihi visum sum. — Ab initio *id. Iuleas Druso* . . . . legendum esse proposuit Kiessl.

815 ad dextram n. 26 colore albo in ipso opere composito.

L.MPAS 0,085
ROMANESES 0,065

Descripsi. — *L[u]mpas Romaneses* coniecit et ad Genium balneorum institutorum ad morem urbanum rettulit Mommsenus; cf. eiusdem *Unter-ital. Dial.* p. 256.

816 in n. 24 officinae fullonis membro *d* carbone scriptum, postea autem calce illitum FIOR.

XVI·K·FIIB·VARIVS ET VISO V
XV K AD MIIA RIIM VIIII
COR....VS CIN...PO...
PL IIIII PXXIV
PL IIIII P....
PL IIIII P....
PL IIIII P....
PL IIIII P....
PL IIIII P....
PL IIIII P....

XII·K·IVL · LAIVI IIII
. . . .
AD MIIA
RIIM IIII

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 84 (*che a stento mi è riuscito di leggere nel modo che segue*).
1[2] et 2[3] sq. *ad mea rem(iserunt?)* intellegendum esse conicit Fior. — 2[1] *laivi* esse i. q. lavi id.

817—825 inter n. 22 et viam Augustalium.

817 in tectorio FIOR.

. . . . . . M · SABIN
AED · P · A · AFRICANVS · ROG

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 44.
2 de AED·P·A v. supra p. 9.

818 in tectorio.

M · CERRINIVM · ÆD
AFRICANVS ROG·CVM·VICTORE c. 0,12
IC

Fiorelli l. c. — Reliquias vidi has: 1 VM·ÆD, 2 G·CVM·VICTORE.
3 IC formulae *HC et ubique* fortasse reliquias esse Fiorellius putat.

819

L·C·C·D·I·D·OF

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 45.

820

CELSVM · Æ

Fiorelli l. c.

820*a* in programmatis gladiatorii 1190 v. 3, ita ut S prima in A verbi VELA scripta sit.

SARIS · AVGVSTI · FELICIT . . .

Descripsi. — Programmate gladiatorio antiquiorem puto, quia eo demum paene evanescente apparuit. Restituendum videtur: [*iudiciis* . . *Cae*]*saris Augusti felicit*[*er*]; cf. 669.

821 iuxta 1190.

A · SVETTIVM · CERTVM · Æ · O · V · F
SCRIBIT · PARIS · IDEM · ROGAT
AETATIS · D · *r. p.* IARIN . . .?

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 46.
3 cf. 720 *iuvenem innocuae aetatis d. r. p.*

822 infra 1190.

M · HOLCONIVM · PRISCVM · Æ 0,25
MENECRATES·CLIENS·B.......DORMIS 0,07

Fiorelli *giorn.* 1862 p. 47. Reliquias vidi has 1 M·PRISCVM·Æ, 2 MENE et ORMIS.

823 iuxta praecedentem in albo tectorio.

*vetti*VM · CAP*rasium*
FELICEM · A · E · D c. 0,15
V · B · D · R · P

Fiorelli l. c. — Vidi v. 2, A·E·D tamen evanida; . . ELICEM·A·I·D Iordan in schedis.

824 iuxta praecedentem.

SIRICVM · QVINQ

Fiorelli l. c.

825 infra 823 in tectorio albo antiquiori.

0,22 GAVIVM · PROCVLV

Descripsi. — Omnium litterarum praeter GA sola dimidia pars superior restat, lectio tamen certa est.

STRADA DEI TEATRI.

826—829 *il lavoro del disterro della strada, che resta dirimpetto al portico superiore del Teatro, si va molto avanzando, e fuori due di quelle case* ACTA.

826 *in una* ACTA.

POPIDIVM · RVFVM · AED PISCICAPI·FAC . . . .

Acta 29 Aug. 1813 (inde Garrucci *B. N.* 1853 p. 150); Arditi *legge Petronia* p. 14 (inde Guarini *fasti* p. 65, ed. 2 p. 132; *valore d. cifra* SEXS p. 43); *Wien. Jahrb.* XX p. 14 (inde Orelli 3700*c*). Ex hoc fortasse Romanelli p. 175 L·POPIDIVM RVFVM AED affert, praenomine addito falso. AED·PISCICAPI·FAC//// acta, AED·PISCICAPI·O·V·FAC Ard., uno versu uterque; ut supra exhibui Wien., nisi quod FA.

827—829 *nell' altra* ACTA.

827

VETTIVM · FIRMVM · AED

Acta l. c. — Huic in actis, quibus Fiorellius est usus, subiecta sunt THIRSVS·CVM...., v. 829.

828

M · HOLCONIVM · PRISCVM · AED

Acta l. c.

829 POPIDIVM · RVFVM · MAGnvm · THIRSVS · CVM . . . .

Acta l. c. — THIRSVS·CVM . . . . in actis Fiorellii titulo 827 subiuncta sunt. — Corrige THyRSVS vel THIaSVS.

829 *a* inter n. 3 et n. 4 in albo, supra priscam 63.

LICINIVM
ROMANVM

Descripsit Mommsen. — Cf. 830 *a* et *b*.

830 inter n. 1 et viam *dell' Abbondanza* in tofo dealbato litteris paullo antiquioribus.

VESONIVM · MA

Descripsi; lectu est difficillima, sed certa. — Mommsen *Unt. Dial.* tab. XI 29 f. 2 (p. 187), qui sic exhibet VENNIV M.

V. ad n. 273.

830 *a. b. c* in via theatr. vel fort. in principio orientali viae *dell' Abb.*

a *T CINIVM*
b *C LICINIVM*
c *C IVLIVM AED*

Romanelli p. 175. — Fidei sunt admodum dubiae; cf. 829 *a*.

VIA STABIANA.

831 in lat. orient. inter 1 et 2 ostium a quadrivio viae Fortunae septentrionem versus pergenti, in lateribus dealbatis.

. . . . OLCONIVM *priscum?* . . . .
FORI . . NA . . . R . .

Descripsi; evanida sunt. — *Fortunatus rog.?*

832 inter angulum viae Nolanae et n. 2.

C L F AED

Descripsit Mommsen. — Avellino *B. N.* 1844 p. 7, qui coniungit cum 833 (inde Guarini *contin. d. fasti* p. 10).

833 infra praecedentem in lateribus dealbatis.

| HERENNIVM 0,24

Descripsimus. — Avellino l. c. cum 832 (inde Guar. l. c.).

834 inter n. 3 et n. 5 in tectorio.

. . . . . ELLV
D·R·P·OF

Descripsi.

835 inter n. 5 et n. 7.

PANSAM · AED

Annali civili 24 Apr. 1843 vol. 32 p. 90; Avellino *B. N.* 1844 p. 3.

AED om. Avell.

836 inter n. 5 et n. 7.

| . . MAGNVM IIV
I · D · OF

Descripsimus (KZ), sed 1 IIV non vidi.

837 infra praecedentem.

MODESTVM
AED D R P OF

Descripsi. — Acta et Amicone 24 Apr. 1843; male *Annali civili* vol. 32 p. 90 eod. d.; Avellino *B. N.* 1844 p. 3.

838. 839 inter n. 7 et n. 9.

838 *L* · NVMISIVM · Æ OF
839 . . CASELLIVM·MARCELLVM
AED·ROG·*RVBRISIVS*

Descripsi praeter litteras inclinatas. — Acta et Amicone l. c. male; *Annali civili* l. c.; Avellino l. c.

Hoc ordine 839, 2. 838 (omisso 839, 1) acta.

838 L om. acta et Avell., vestigia incerta vidi. — A·E (pro Æ·OF) Ann.

839, 1 om. acta et Amic. — MARCELLIVM Ann. — 2 ROB Ann. more suo. — RVBR . . . VS Avell. [Fuitne *Rubellius?* cf. 842. Th. M.]

840 inter n. 9 et n. 10.

l. C S IIVIR · OF
EVHODE · PERFVSOR · CVM · SECV . . 0,075
O V F

Avellino *B. N.* 1844 p. 3, cf. p. 67 (inde Guarini *contin. d. fasti* p. 11); Garrucci *B. N.* 1853 p. 150. — Ipse vidi 1 fort. L (scriptam in littera A tituli 841), 2 EVHOD . . ER et 3.

1 . . II VIR OF Garr. — 2 EVEIODE (?) Av. — CVM TICVS . . . Garr. — 3 OF Garr.

Perfusores fuisse, qui balneatores aqua perfunderent, recte intellexit Avell.; cf. glossas hasce: Περιχύτης *perfusor.* — Προσχύτης *perfusor.* — Παραχύτης *mestrinus, praefusor.* — *Mediestrinus* περιχύτης. — *Perfusorium* περιχυτήριον; item *perfundere* apud auct. ad Herenn. IV 9 extr.; Cels. IV 24 (p. 157, 18 Dar.); VI 6 (p. 229, 17); Sueton. Aug. 82; cf. Petron. 28.

841 supra 840 eaque posterior.

*p*AQVIVM 0,23

Descripsi.

842 inter n. 10 et n. 12.

CASELLIVM
. . . . ROG · RVBELLIVS

Avellino l. c. (inde Guarini l. c. p. 10).

843 inter n. 12 et n. 14. — Male de loco ANN.

CALVENTIVM · II · V · *r* · I · D . .
CN · HELVIVM · SABINVM · AED · O . .

Acta 8 Iul., Amic. 3 Iul. 1843 = *Annali civili* vol. 32 p. 183; Avellino *B. N.* 1844 p. 4. — 1 CALVI vidi.

1 IIVIR·I·D acta, Amic., Ann.; II·V·AEDIL Avell., quae correxi; cf. n. 858. — 2 CALVENTIVM (pro CN·HELVIVM) acta, Amic., Ann. — O om. eid.; ubi corrige OF.

844 in n. 14; *la bottega communica nel fondo con due stanzini, l'uno . . chiuso d'ogni altra parte, l'altro che è in communicazione anche colla seguente bottega* [n. 16], *e dal quale per una prima apertura nel fondo si passa in un piccolo corridojo che volge a destra. Entrasi per questo corridojo in una stanzetta nel cui muro a destra è dipinta un' ara con due serpi avviticchiati tra piante, tralle quali vedesi la coda di un altro, di cui la parte superiore è perduta. Sotto è scritto in rozzi caratteri neri* AV.

LARES
PROPI
*ti*OS

Avellino l. c. (inde Guarini *cont. d. f.* p. 20).

844 *a* inter n. 14 et n. 16.

*nu*MISIVM RA*B*V . . . .
Æ D OF . . . . .

Descripsi evanidum et alio programmate permixtum; v. 1 Kiessling. — 1 S dubiam vidi. — RARV ego, RABV Kiessl.; cf. 874.

845 *accanto alla porta d'ingresso della bottega* [n. 16] *è una figulina con fallo, e sotto leggesi* AV.

PANSAM · AED

Avellino *B. N.* 1844 p. 5.

846 inter n. 16 et vicum *del panattiere.*

A · VETT*I*VM · C*A*PRASI*V*M 0,19
Æ D R . . . .

Descripsi; evanuerunt litterae inclinatae, ceterae truncatae sunt. — Avellino l. c. — 2 Æ DR vel AED R ego, MARCELLVM dubitans Avell.

VICOLO DEL PANATTIERE.

847 ad angulum septentr. viae Stabianae, in lateribus dealbatis.

CASELLIVM 0,14
AED · ROG 0,09

Descripsi. — Avellino l. c.

848—848 *b* ad angulum meridionalem.

848 C · PROCV

848 *a* infra litteris minoribus AVELL.

. . ET · IMPROBVS · AED . . .

848 *b* . . CIVIS . . .

Avellino l. c. — 848 *a* Mommsen incerta vestigia vidit.

848 *a* cf. Cic. Mil. 16. 42 *qui* (*cives*) *non modo improbitati irascuntur candidatorum* et q. s.

VIA STABIANA.

849 inter n. 18 et n. 20.

POSTVMIVM IVVENEM
AED·O͞F OPTATIO ROG

Avellino l. c. qui addit *non credo essermi ingannato trascrivendo il nome OPTATIO.* — Inde Guarini *cont. d. fasti* p. 13.

850 ibidem.

CAPELLA*m* | 0,26

Descripsi. — Avellino l. c.

851 inter n. 19 et vicum, in lateribus dealbatis.

0,30 L·CEIVM II·VIR·O͞F 0,08 / D·R·P 0,09

Descripsimus. — Acta et Amicone 25 Sept. 1843; *Annali civili* 9 Oct. 1843 vol. 33 p. 87; Avellino *B. N.* 1844 p. 7.

II·VIR·O͞F (OVF acta) perperam cum 852 coniunxerunt acta, Amic., Annal.

852 in vico qui est inter n. 19 et n. 23, a dextra intranti in tectorio.

CN · HELVIVM | 0,15
SABINVM · AED | 0,105
VICINI·FAC////// | 0,095

Descripsi. — Acta, Amic., Annal. ll. cc.; Avellino l. c. (inde Guarini *cont. d. f.* p. 22).

Inter 2 et 3 II·VIR·O͞F (OVF acta) tituli 851 inserta exhibent acta, Amic., Ann.

3 VICINI fortasse legi debere adnotavi.

853 ibidem.

L · C · S · II · VIR

Acta, Amicone, Annal. ll. cc.; Avellino l. c. nil legit nisi II VIR.

854 inter n. 20 et n. 21.

SEVERVM
[SAMELLIVM]

Avellino *B. N.* 1844 p. 5 (inde Guarini *cont. d. f.* p. 10).

2 incertus est. — Cf. 889.

855 inter n. 21 et n. 22.

*cus*PIVM · PANSAM
. . O · O · V · F

Avellino *B. N.* 1844 p. 6.

856 iuxta n. 22 AV. a sinistra ut videtur.

. . . .
M · CASELLIVM · AED · V · B

Avellino l. c. (inde Guarini *cont. d. f.* p. 10).

857 inter vicum et n. 23 in albo tectorio.

CN · HELVIVM · SABI*N* | 0,17
AED · O · V · F | 0,112

Descripsi; 1 SABI litterarum summa pars, N tota perierat. — Acta et Amicone 25 Sept. 1843; *Annali civili* 9 Oct. 1843 vol. 33 p. 87 et 24 Oct. 1843 ibid.; Avellino *B. N.* 1844 p. 7 n. 28; Mus. Borb. XIV p. 19.

Variam lectionem omitto, ut tamen Mus. notem, ubi SABINVM male legitur.

858 infra praecedentem vegeto adhuc colore in tectorio.

C · CALVENTIVM · SITTIVM | 0,25
II · V · R · I · D · VBONI · VIGVLA | 0,135

Descripsi et contuli. — Acta, Amicone, Annal. ll. cc.; Avellino l. c. n. 29; Mus. Borb. l. c.; Guarini comm. XVIII p. 40 q. n. v.; male v. 2 omnes.

2 II·V·R hic et 85. 376. 843 in eiusdem candidati programmatis nescio qua ratione scriptum est; cf. p. 10. — Ultima sic interpretor: *Uboni vigula*, ut est fort. 488 *Ma[g]i vi[g]il[a]*, quae eadem fere sententia dicta esse arbitror atque 920 *Frontoni tuo officium commoda* vel 1190 *lanifricari dormis*, cf. 822; VIGVLA scriptum habes I. N. 5113, VIGVLVM Henzen 7170, VIGVL(*um*) Kellermann Vigil. 16. 37. 42.

859 inter n. 23 et n. 25 in tectorio.

CN · HELVIVM · SA*BI*NVM | 0,15
AED · OVF | 0,10

Descripsi quae restant. — Acta et Amic. ll. cc.; Avell. l. c.; Mus. Borb. l. c.

852. 857. 859 ab eadem manu picta sunt.

860 inter n. 24 et n. 26.

M · HOLCONIVM
PRISCVM · AEDIL · O͞F

Avellino *B. N.* 1844 p. 6.

861 inter n. 25 et n. 27 in tectorio.

Q · POSTVMIVM ·
Æ

Descripsi; litterae Q infima virgula supererat. — Acta et Amicone 25 Sept. 1843; *Annali civili* 9 Oct. 1843 vol. 33 p. 87; Avellino l. c. n. 22; Mus. Borb. XIV p. 19.

1 Q om. Avell. et Mus. — 2 om. acta, Amic., Ann., Avell.

862 infra 861 in tectorio.

CASELLIVM 0,19

Descripsi; praecedunt alius inscriptionis reliquiae. — Acta, Amic., Ann. ll. cc.; Mus. l. c.; hanc opinor Avellino l. c. MARCELLVM legit.

863 pone 861 in tectorio.

M · HO*LCONIVM*
PRISCVM · Æ · O͞F 0,12

Descripsi quae supersunt. — Acta, Amic., Annal. ll. cc.; Avellino l. c. n. 23; Mus. l. c.

864 in 862 partim pone 862 in tectorio.

POSTVMIVM PROCVLVM 0,14
AED
OFFECTORES · ROG

Descripsit Mommsen; deerant litterae OFFEC; nil nisi 1 IVM PROCVLVM vidi ego. — Avellino l. c. n. 24 (inde Guarini *cont. d. f.* p. 11; Henzen 7264); vv. 1—2 Mus. Borb. l. c.; Garrucci *B. N.* 1853 p. 150.

Infectores, qui alienum colorem in lanam coiciunt; offectores, qui proprio colori novum officiunt Festus Pauli p. 112 M.; *offectores colorum infectores* id. p. 192. — Eorum officina erat fortasse in hac ipsa domo n. 25 (v. Breton p. 328); in domo exadversum sita n. 24 fuisse Avell. l. c. p. 85 putat.

865 pone 864.

ICEPIV 0,32

Descripsimus; ego tamen nil vidi nisi CEPI. — Avellino l. c. n. 25 ubi est CEPIVM.

Vix dubito, quin ...CE*rt*VM corrigendum sit.

866 inter n. 27 et n. 30 in albo tectorio.

*p*OSTVMIVM · I | 0,18

Descripsi.

867 inter n. 27 et n. 30.

. . . MACR
. . . . ELL
AED · V · B · O͞F

Avellino *B. N.* 1844 p. 86.

868 inter n. 28 et n. 29 in lateribus dealbatis.

M · S · MAR[CELL]

Avellino *B. N.* 1844 p. 85 qui omnes litteras *aliquanto incerte* esse dicit; Mommseno, qui vidit, CELL incertae esse visae sunt.

869 inter n. 29 et n. 31.

. . OLCONIVM
D·R·P·[ITERVM]
C · GAVIVM · Æ
CVSPIVM · PANS
AED

Avellino *B. N.* 1844 p. 86.

2 ITERVM certa esse negat Avell.

870—872 inter n. 31 et n. 32.

870 C · GAVIVM · RVFVM O·V·F

871 CVSPIVM · PANSAM · AED · TERENTIVS
NEO · ROG

872 C · C · S · M · II VD

Avellino *B. N.* 1844 p. 86, 1845 p. 2, ubi quod antea legerat PERINETVS (vel PERINTIVS) . . . NIO (vel NEO) emendavit.

872 fuitne II V·R, ut 858?

873. 874. 874a inter n. 35 et n. 37.

873 C · CALVENTIVM · SITTIVM
IIV I·D·O·V·F

874 L · NVMISIVM · R [. BVM]

874a
[AED · OF · CERRINIVS] M · CASELLIVM
[AED · OF]

Contulit Mommsenus, cui quae incerta sunt visa, uncis inclusi; 873 et 874 v. 1 descripsit Kiessling. — Avellino *B. N.* 1844 p. 86, 1845 p. 2.

874 RATVM (?) Avell. p. 86, R.BVM id. p. 2, RABVLA . . Kiessl.

875 inter n. 30 et n. 33 in lateribus dealbatis.

C·IVLIVM·PO*LYBI*VM·II VIR·STVDIOSVS·ET·PISTOR 0,15

Descripsi praeter LYBI. — Avellino *B. N.* 1844 p. 86; Mus. Borb. XIV p. 20; Garrucci *B. N.* 1853 p. 151.

876 ibidem in summa pila in lateribus dealbatis.

M · HOLCONIVM
PRISCVM · AED · OF

Descripsi; 2 PRISCVM paene evanuerat. — Avellino l. c.; Mus. Borb. l. c.

877 ibidem; inter 875 et 876 exhibet MVS.

A · VETTIVM · CAPRASIVM
. . . .

Mus. Borb. l. c.

878 ibidem; inter 875 et 876 exhibet AVELL.

M · HOLCONIVM *D* . .
O V F
[VIRRIVS] · SECVNDVS · ROG

Descripsit Mommsen exceptis litteris inclinatis. — Avellino l. c.; Garrucci *B. N.* 1853 p. 8.

3 VERECVNDISSIMVM *forse* (om. ROG) Avell. — VIRRIVS non plane certum Mommseno visum est, VERRIVS Garr.

879 inscriptio epistulae pictae una cum instrumento scriptorio in aedibus quae hinc Avellino auctore Lucretii vocantur, in pariete septentrionali n. 22 (in tab. Musei). — Nunc Neapoli in museo, ubi videre non licuit.

M LVCRIITIO FL AM *sigillum* MARTIS DIICVRI
POMPEI ONI

Panofka *Bull. Inst.* 1847 p. 132; Falkener *mus. of classical antiquities* vol. II (1852) p. 72 (ligno inc.); Mus. Borb. XIV tab. AB (aeri incis.), cf. p. 11; Minervini *B. N.* 1856 p. 55 (inde Henzen 7417 γ); Niccolini *case e monum.* tab. I 4 (ex. lithogr.); male Breton p. 324 (ligno incis.).

1 H (pro II) utroque loco Pan. et Falk. — F (pro FLAM) Pan. — MA..TIS Mus., MA...IS Falk. — DHCYRI || DHCP (pro DIICVRI || ONI) Pan. — 2 POMPIII Min.

2 *Pompei*[*s*] potius quam *Pompei*(*ano*) legendum esse videtur.

880 *sul sesto pilastro* aedium Lucretii numeranti a vico MVS. = inter n. 33 et n. 34 in lateribus dealbatis.

0,24 M·HOLCONIVM AE OF · ROGAT SABINVS ·

Descripsi. — Avellino *B. N.* 1844 p. 86; Mus. Borb. XIV p. 20.

Ultima fort. hoc ordine legenda sunt: *aed. o. v. f. Sabinus rogat*; cf. tamen 839 et 842.

881 *sul settimo pilastro* aedium Lucretii numeranti a vico MVS. = inter n. 34 et n. 36 in lateribus dealbatis.

. . . .
CASELLIVM ·
AE ·

Mus. Borb. l. c.; nominis vestigia vidi.

882 in pictura Isidis Pantheae quae nunc est Neapoli in museo *affreschi* n. 306, *che fregiava una parete di una casa attigua alla celebre dimora di M. Lucrezio* MIN. *nell' appoggiar una delle mura della casa delle Suonatrici si è scoperta al muro della casa accanto una pittura* PAN. — Extabat in cubiculo tab. nostrae A 125 (= Mus. Borb. XIV tab. AB n. 60) pone aedes Lucretii sito, in pariete septentrionali, quem locum indiciis quibusdam a Fiorellio mihi subministratis ductus tandem repperi. — Litteris nigris, quadratis excepta prima S.

PILO*ca*LVS ❦ VOTVM ❦ SOL ❦ LIBES ❦ MERITO ❦ 0,01

Panofka *Bull. Inst.* 1847 p. 128; idem in Gerhardi *Arch. Zeitung* 1847 p. 144; Garrucci *graffiti* p. 46; Minervini *B. N.* 1862 p. 89 et p. 163 (tab. IV picturam cum inscriptione repraesentat); cf. Cavedoni *B. N.* l. c. p. 159. — Ego haec vidi VS VOTVM SO.

PHO*tu*?LVS Pan., RIIo LVS tab. Min., unde male P·HO*mu*LVS vel P·HO*mil*LVS Caved., FILOCALVS quasi integrum extaret dedit Garr., FILC/////LVS Wolfg. Helbig legit a. 1863. — SOLVIT Pan. et Garr.

883. 884 inter n. 37 et n. 39.

883 L · NVMISIVM
AED · OF

884 PANSAM · AED · TITVS
. . . ROG

Avellino *B. N.* 1844 p. 86. — 884 vidit Mommsen.

884, 2 II·V·ROG dubitans Avell.

885 ibidem, *sotto alla insegna sopra* (p. 1) *descritta* AVELL.

L · N · R · AED · OF

Descripsit Kiessling. — Avellino *B. N.* 1845 p. 2.

886 ibidem AVELL.

C · IVLIVM · POLYBIVM · II VIR · OF
[MVLTVM · PISTORES] · ROGANT

Avellino l. c.; Garrucci *B. N.* 1853 p. 150.

2 *il* MVLTVM *parci a sufficienza chiaro, e così pure il* PISTORES. *Ciò non ostante e l'una e l'altra voce lascia qualche incertezza* Avell.

887. 888 inter n. 38 et n. 41.

887 M · HOLCONIVM
. . . . .

888 . . VETTIVM · CAPRASIVM · AED
ET·VIBIVM·SEVERVM·II·VIR·I·D·OF

Contulit Mommsen. — Avellino *B. N.* 1844 p. 86, cf. 1845 p. 2.

887, 2 om. Avell. — 888, 1 L·VETTIVM id., L aliena ab hoc titulo esse Mommseno visa est. — AED perierat, 2 ET·VIBIVM incertum fuit cum vidit Momms.

888a in n. 39 lat. d., *un frammento di acclamazione dipinta sul muro col nome di un Sallustio* AV.

. . . SALLVSTI . . .

Avellino *B. N.* 1845 p. 1.

889. 889a inter n. 39 et n. 40.

889 VIBIVM · SEVERVM

889a SAMELLIVM AE

Descripsit Mommsen. — Avellino *B. N.* 1844 p. 86. — Cf. n. 854.

890 inter n. 40a et viam *degli Augustali* in lateribus dealbatis.

M HOLCONIVM PRISC . . . .

Descripsi evanida.

891. 891a *alla destra di questa apertura* [est via Aug.] *leggesi un frammento di programma dipinto co' nomi di M. Cerrinio e di Paquio* AVELL.

891 M · CERRINIVM

891a PAQVIVM

Avellino *B. N.* 1845 p. 2 lin. 2.

892 inter titulos 650 [qui extabat in angulo sinisteriore viae Augustalium] et 893 MOMMS.

MARCELLVM
AED·O·V·F·

Descripsit Mommsen.

893 inter 892 et 889 MOMMS.

PAQVIVM *'colore n. infra colore r.'* PROCVLVM

Descripsit Mommsen, qui propter coloris ut videtur diversitatem seiungenda esse duxit.

894. 895 inter n. 41 et n. 42.

894 HOLCONIVM · Ꝝ
MARCELLVS · ROGAT

895 P · GAVIVM · PROCVLVM AED

Avellino *B. N.* 1845 p. 2 et p. 81 (ubi litteras CVLVM AED addidit).

895 aut corrigendum est PAQVIVM aut diversorum programmatum reliquiae male confusae sunt, ut ab emendatione sit prorsus abstinendum.

896. 897 *sul lato sinistro di detta strada si sono palesati due archi, uno di fronte e l'altro con la parte superiore mancante, dentro dei quali vedesi un forno pubblico, sopra dei quali leggesi* ACT. *a man sinistra della strada del Quadrivio cavavasi un arco, entro del quale parea vi fosse un pubblico forno, ed in fronte di esso arco si e rinvenuto l'epigrafe* (ubi sequitur 896 cum 897 v. 1 coniuncta). *A man destra poi* (sequitur 897 v. 2) ANN.

896	897
CN · HELVIVM SABINV . . .	PAQVIVM RVFVM O . . .
AED·V·P·D·R·P·O·V·F *sic*	VI*b*IVM · SEVERVM AED

Acta 15 Iun. 1846; *Annali civili* eod. d. vol. 41 p. 92. — 896 descripsit Mommsen; idem post hanc meridiem versus pergens PAQVIV legit, quae pars 897 esse videtur.

896, 1 SABIN| Momms. — 2 V·B acta, sed V·P Annal. et Momms. — 897, 1 D. (pro O...) Ann. — 2 VIRIVM acta et Ann. — AED tertio versu Ann. — Disiungenda esse arbitror hoc modo: *Paquium* .... (*Gavium*) *Rufum* [*II vir*] *o.* [*v. f.*] *Vi*[*b*]*ium Severum aed.*; cf. 650 et 651.

898 inter 897 et 902 exhibet MOMMS.

.... II·IVM · SECVNDVM · AE . . .
. . . MI · ROG

Descripsit Mommsen.

899 inter 901 et 650 exhibet MOMMS.

N · P · R · II · VIR

Descripsit Mommsen.

900 inter n. 44 et n. 45.

. . . . VM · VATIAM M|

Descripsimus. — Acta 17 Iun. 1846; *Annali civili* eod. d. vol. 41 p. 92.

Init. IM Ann, ...M act. — N Ann., N| ego, in actis eius vice male hic posita sunt II·VIR || D·R·P tituli 901.

901 infra praecedentem in tectorio.

0,285 A·SVETTIVM·CERTVM·*II VIR·I·D D·R·P*

0,08 CLODIVS·NYMPHODOTVS·CVPIDISSIMVS·R*OG*

Descripsit Mommsen praeter litteras inclinatas; 1 CERTVM, 2 VS·CVPIDIS ego. — Acta et Ann. l. c.; Minervini *B. N.* 1853 p. 58; Garrucci ibid. p. 115.

1 A om. Min. et Garr. — 1[1.2] hic collocant Ann., ubi est O (pro D) bis; acta (om. I·D) titulo 900 subiciunt; om. ceteri. — 2 CIPIDISSIMVS·ROB Ann., CVPIDISSIMVS || ROG acta, CVPIDIS || ..V Min., CVPIDIS || V Garr., ut fortasse tertius v. addendus sit OF vel O·V.

902 *a man sinistra* (viae, opinor, non tituli praecedentis 901) ANN. inter 898 et 903 exhibet in orientali viae latere MOMMS. qui a via Fortunae meridiem versus pergit. — Male ibidem ubi 900 et 901 ponunt ACTA.

L · ALBVCIVM
ET · CASELLIVM · AED

Descripsit Mommsen. — Acta l. c. ubi est L·ALBVCIVM·AED (om. ceteris); Annal. l. c.

903 in latere orientali post 902 a quadrivio viae Fortunae descendens MOMMS. e regione 650 ACT. ANN. — Inter n. 42 et n. 43 ad arcum, qui secundus est a n. 46, in albo tectorio.

PAQVIV*M* 0,20
*p*RO*cu*L*V*m
II VIR . . .

Descripsimus quae supererant. — Solum v. 1 exhibent acta 3 Iun. 1846 et *Annali civili* eod. d. vol. 41 p. 91.

2 solus legi; lacunam indicavit Momms. — 3 solus Momms. vidit.

904 inter n. 49 et n. 52 in lateribus dealbatis. — Locum non indicat MIN.

0,25 |ALBVCIVM Ꝝ|

Descripsimus (KZ). — Eandem fortasse exhibet Minervini *B. N.* 1853 p. 59 n. 3, qui om. Ꝝ.

A ... in fine ego.

904*a* infra praecedentem antiquior.

0,24 M · H · P · Ꝝ

Descripsit Kiessling; M et P vidi ego.

905—908 *in due pilastri* (in altera pila 905—907, in altera 908) *a man sinistra della strada* (venienti a via Fortunae) ACT. ANN. = circiter inter n. 43 et n. 52.

905 SVEDIVM·O·V·F

906 . . . . . *fa*VSTINVM
AED · OF

907 P · SITTIVM

908 L · C · S · II·VIR·OF
IAIILLO
ROG

Acta 26 Oct. 1847; *Annali civili* eod. d. vol. 45 p. 163. — 906 et 908 Minervini *B. N.* 1853 p. 59.

905 SVEIVM Ann.; corrigendum esse videtur P·VEDIVM.

906 IVSTINVM Min.

908, 2 AEMILIO? acta, ...ILIO Min.; fuitne PAPILIO? — 3 om. Min.

909 *a man destra su di un altro pilastro* ANN. ACT. i. e. e regione 908.

C · I · P · D · I · D

Acta et Ann. l. c. — C·I·P·D·D Ann.

910—912 *in un pilastro a destra* (venienti a via Fortunae) ACT.

910 supra 911 ..VEI... legi.

P · VEDIVM · NVMM . . . .
AED · CERATVS · LIB · ROGAT

Acta 13 Ian. 1848.

911 infra 910 ACT. — Inter n. 51 et n. 53 in albo tectorio, in muro aedium Sirici; cf. n. 805.

SIRICV*M* 0,27

Descripsi praeter M. — Acta l. c.; Fiorelli *giorn.* 1862 p. 4.

Lineae quibus determinari solet litterae I hasta qua supra qua infra, hic in priori I tam sunt proiectae dextrorsum, ut pro E habere facile adducare; id quod moneo propter 713 et 916.

912 infra 911 ACT. inter 906 et 920 extat apud MIN.

P·PAQVIVM
PROCVLVM

Acta l. c. solum v. 1; eadem esse videtur quam exhibet Minervini *B. N.* 1853 p. 59 et melius p. 141.

P·AONIVM Min. p. 59.

913 *in un altro (pilastro) a sinistra* [i. e. e regione 910—912]; *sotto vedesi un fallo* ACTA = inter n. 54 et n. 55.

P·VEDIVM · NVMMIANVM
AED·HILARIO · CVM · SVA·ROGAT

Acta l. c.; Minervini *B. N.* 1853 p. 59.
1 NVMMIANM acta.

914 inter n. 52 et n. 54 in tectorio albo.

0,17 | PRISCVM . . .

Descripsimus (KZ); M non vidi.

915 ad dextram praecedentis.

POPIDIVM · SEC
FOLLVM . . .

Descripsimus (KZ), 1 C non vidi.
2 evanidus; altera littera O potius quam V esse mihi visa est; ...FVILVY Kiessl.; fuitne FOLIVM?

916 inter n. 54 et n. 55 in albo tectorio.

. . . .
. . . .
ROG SIRICVS · ET · NVMMI 0,06

Descripsi.
Hic quoque ut 911 primae nec minus alterius I forma ad E prope accedit, ut tamen lineola media, quae E litteram constituit, absit; tertia autem I parum integra est. — Subscriptio est tituli honorarii intellegendique sunt Vedii Siricus et Nummianus.

917 in aedd. Sirici (n. 57) cubiculo 5 apud Minerv. *B. N.* 1856 tab. XII 3, in pariete meridionali colore rubro pictum in tectorio, litteris titulorum honorariorum.

NVMMIANO 0,065
FELICITER

Descripsi. — Minervini *B. N.* 1853 p. 71 (cf. 1856 p. 169) qui male uno versu exhibet et FELICITER.

917a ibidem colore rubro pictum litteris cursivis.

. . . APRILIS . . . . .
. . . . . QVIS A . . .
Wordsworth p. 28 (ligno incis.).

Fortasse sunt tres inscriptiones diversae, si quidem recte interpretor puncta tertio et quarto versibus subiecta. — 1 simile Φ habes in alphabeto Graeco, quod exhibui tab. XII 11 (extat autem in aedium *del citarista*, v. Stabianae n. 110, porticu *a*, in pariete septentrionali inter quintam et sextam ab occidente fenestras in albo tectorio); non differt autem a Ψ nisi eo, quod eius hasta inferius producta est; cf. tab. XXXVII 10.

2463 in scaenae parietis occidentalis parte externa, in albo tectorio litteris fere quadratis, altis 0,065 m.

ΛΒ R MR

Descripsi.

2463a ad dextram praecedentis (i. e. meridiem versus), in pila, litteris cursivis praeter L; o alta est 0,02 m.

S o L I I (

Descripsi.

Ultima S est vel I, vix C.

2463b ibidem, litteris fere quadratis; prima alta est 0,02 m.

ΛCTI CACL

Descripsi.

Corrosa est lectionisque parum certae; estne *Acti v(ale)*? — Ultimae (CL vel CE) altius incisae sunt, ab alia fortasse manu.

Eandem fieri potest ut exhibeat Garrucci XXVII 50, sed hoc fere modo: ΛCTIΚΛ ΛMICVS, quae *Actii va(le) amicus* legit.

2463c *in dem Bogen, welcher auf die grosse Rampe, die das* foro triangolare *stützt, mündet* NISS.

A SE K XXXI

Nissen descripsit.

SE ita sunt colligatae ut etiam Я legere possis.

PORTICVS THEATRI MAIORIS.

(Ludus gladiatorius.)

2464 in ordinis orientalis columna a septentrione nona, in rubro tectorio.

VIIII K · FEBR
TABVLAS·POSITAS
IN · MVSCARIO
CCC VIIII [SS·CCCC·XXX]

Tab. XL 2. Descripsi. — Murr tab. I, 2 (omissis vv. 1 et 4) vv. non divisis, idem integram dedit tab. II 1 et (2), ubi tamen v. 1 a seqq. separavit; Romanelli p. 248, vv. non divisis, admistaque n. 2466 (inde Orelli n. 2558); Garrucci XI 5; Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120 (cum n. 2465 et 2466); utor denique anonymi apographo, quod extat in schedis nostris.

1 VIII Murr, Rom., Min. male. — 2 ad easdem fortasse tabulas referendae, quae n. 2465 dicuntur tabulae concilii; ceterum cf. haec *idem basilicam, in qua tabul(ae) muneris ab eo editi posit(ae) sunt, consummavit* tituli Beneventani (Mommsen I. N. n. 1439). — 4 nil praeter CCCVIIII Murr; CCC.VIIII.SS.CCCC.XXX Rom.; C·C·C·V////// anon.; CCC VIIII NOIISS, quae ultima *notiss(imum)* legit, Garr.; CCC·V·XXX Min.; post CCC VIII, quae et ipsa male habita sunt, tectorii pars aliqua delapsa vel de industria exsecta est.

2465 pone praecedentis vv. 3 et 4, fortasse ab eadem manu scripta.

TABVLII CONCILI

Tab. ead. l. c. ex meo apographo. — Eandem haud dubie exhibet Murr tab. I 3, sed male descriptam (legit autem ΙΠ.υκι . . . Ικοrειω infelicissime; cf. Garrucci p. 11 n. 21); Garrucci tab. XI 6; Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120.

TABVLII CONSILI Garr. et Min.; in illius tamen, quod tabula repraesentat, exemplo litterae B, V, L utraque, O ambigua forma sunt, nec S sed C potius extat; quam litteram cum et Murr exhibeat et vestigia, quae nunc supersunt, admittant, veram esse arbitror. — V. ad n. 2464.

2466 pone 2464 v. 1.

II · CIII · V

Tab. ead. l. c. ad ectypon stanneum. Descripsi. — Romanelli p. 248 cum n. 2464 confusam; (inde Orelli n. 2558) Garrucci XI 7; Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120, qui coniunxit cum n. 2464; exhibet anonymus in schedis.

II.IIII.V Rom., II CTII·V(*ale*) Garr., male uterque; lineola subtilior supra III posita non potest non esse fortuita.

2467 pone praecedentem.

KEΛCA L L
| X I X |

Tab. ead. l. c. ad ectypon stanneum. Descripsi. — V. 1 Garrucci XXI 3; Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 119.

1 tectorium intra quartae litterae orbem corrosum est, ut ea littera et C et Є fuisse possit. — Pro L L non recte ω Min. — Lege: Κέλσα (i. e. *Celsa*) *L(ucii) l(iberta)*. — 2 consilio erasus est; quem num recte coniunxerim cum v. 1 nescio.

2468 in eadem columna ROM. CLAR., in rubro tectorio CLAR.

galea (cristata?) columnae vel palo imposita

M · \ ALE*RIVs*? I\//

gladiator galea?, manica d., lorica? *), *balteo, subligaculo, ocrea s., fascia d., scuto vel clipeo, hasta? armatus hastam dextra vibrans contra galeam columnae impositam*

Tab. XXXIX 6 ex Claracio. — Romanelli ed. 1 p. 169 (ed. 2 p. 248); Clarac tab. I (qua inscriptionem cum gladiatoris et columnae imagine repraesentat), cf. p. 28 et p. 51.

De lectione parum constat; Claracii enim exemplum et \ALERIV... et CALENV... admittit; extrema, quae mutila exhibet Clar., fuerunt fortasse LIB(*ertus*) vel IVL(*ianus*). — XX. *Valerius* Rom.; *on reconnoît dans l'inscription le nom de Valerius* Clar. p. 51.

*) *le morceau carré attaché sur la poitrine par quatre courroies, pourroit-être l'éponge* Clarac p. 28.

2469 in columna quadam MOMMS.; litteram S cursivam exhibent MOMMS. et GARR., priorem R cursivam GARR.

ΛRMΛ·TVRIIS

Mommsenus descripsit. — Murr tab. I 20; Garrucci *Bull. Nap.* 1854 p. 83 et *graffiti* XXVII 55, cf. pag. 11 not. 3.

ΛRMΛTVRIIS Garr.; APMATVRVS in tab. Murr, qui quae praemittit CVPIT DECVS, eorum hoc DECVS in alia columnae parte scriptum esse Garruccius testis est (v. n. 2469*a*), ut idem de illo CVPIT statuendum esse videatur.

2469a *sur la même colonne, mais ce dernier* [n. 2469] *au-dessous de l'autre* [n. 2469*a*] *et à grande distance* GARR. p. 11 not. 3. — Litteram S cursivam exhibet GARR.

DЄCVS

Murr tab. I n. 20; Garrucci XXVII 54.

Sic CVPIT DECVS APMATVRVS Murr; v. ad n. 2469.

2470 in eadem columna MOMMS. - - Litterae P et R cursivae sunt apud MOMMS. (altera tamen P forma ambigua); prior et L apud GARR.

PO*L*VCΛR*PV*//

Mommsenus in schedis. — Garrucci XXVII 45; Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 119.

POCVCΛRΛV// Momms. (nisi forte in fine potius VII esse voluit); POLVCAΓPV in tab., POLVCARPV*s* in comm. Garr.; POLVCARPVS Min., qui quin illam S de suo addiderit nullus dubito. — Cf. n. 2351 *Polucarpus fugit.*

2471 in eadem columna MOMMS., qui litteris quadratis exhibet.

*l*EONTINE \Λ

Mommsenus descripsit. — Eandem haud dubie exhibet Murr tab. I n. 6 in hunc fere modum: IONGNE\ΛI (ipse autem legit Ἰουει Νειλι); ac fortasse eodem referendum est LEONIBVS quod Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120 in columna quadam legisse sibi visus est.

//EONTINE \Λ Momms.

2472 in eadem columna MOMMS., qui litteris fere quadratis exhibet.

C · SE! ////
ODEM|

Mommsenus descripsit.

1 Quarta littera N fuisse potest. — 2 prima non est clarissima, ut non ita multum absit a G litterae forma.

2473—2476 *nelle colonne che formano il portico interno del Quartiere, sopra lo stucco vi sono graffiate alcune lettere* ACTA.

2473 *in una colonna* ACTA.

P · C^A^SELICIVS CANVS

Acta 14 Febr. 1767, quorum codicis apographum Mommsenianum dedi; ex eodem codice ediderunt Garrucci ed. 1 p. 6, ed. 2 p. 9 (unde repetivit Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 119) et Fiorelli.

Si conici licet, vide ne in pariete fuerit CASELLIVS.

2474 *in altra colonna* ACTA.

EROS · SPLEIA

Acta l. c., unde exhibent auctores citati.

SPLETA Garr. (T temere, opinor). — Cf. n. 2476, ubi est EROS PLEIA.

2475 *nella stessa (colonna)* ACTA.

SIIIQBIIIIRI

Acta l. c., unde exhibent auctores s. cit.

SIıIQBI^T^ıI Garr. ed. 1., SIıIQBIıIIRI idem ed. 2.

2476 *nella stessa (colonna)* ACTA.

EROS PLEIA ΛPELEIS ϘI FAMILIΛ *G*LΛDIΛTO*r*IA POMPONJ FΛ*u*STI*n*J
E

Acta l. c., quorum dedi apographum Mommsenianum. — Ex actorum codice ediderunt: priorem partem Garrucci *graffiti* ed. 1 p. 6, ed. 2 p. 9, alteram (inde a *familia*) idem *Bull. Nap.* 1853 p. 115 (quam inde repetiverunt Finati Mus. Borb. XV p. 30, Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120), integram Fiorelli; EROS PLEIΛ exhibet Murr tab. II n. 4.

EROS·SPLEIA habes n. 2474. — Litteram E, infra ΛPELEIS positam, om. Fior. — Signa duo, quae praecedunt vocem *familia*, solus Mommsenus habet. — FAIIILIA- Fior. — CLΛDIΛTOKRIA Momms., GLAIIVTORIA· Fior.; GLADIATORIA Garr. — POMPONI Fior. et Garr. — FΛXSTIXXJ Momms., FANSTIIII Fior.; FAVSTINI Garr., lectione tradita tacite ut solet correcta.

2477—2483 in eiusdem porticus columnis MVRR.

2477 littera R cursiva est.

APR*i*CVLVS I

Murr tab. I 4 (inde Garrucci p. 11 n. 16, ex eoque Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120).

ΛPRTCVLVSI Murr (qui ARTICVLVS I legit); gladiatoris nomen esse videtur.

2477*a*

ONESIM

Murr tab. I n. 19 (inde Garrucci p. 11 n. 7, ex eoque Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 119).

ONESIMos in tab., ONEΣIMος in comm. Murr, ubi litteras os supplementa esse ab ipso Murrio vel ab eo qui descripsit addita apparet.

Ad eandem pertinere illam ONHCIMOC, quam ligno incisam dedit Massmann lib. aurar. p. 62 not. 2 incertum nec vero incredibile est.

2478 *on one of the* columns *in what is called the Quartiere dei Soldati* WORDSW.

CALIŀDVS NERL'L

Murr tab. I n. 23 (inde Garrucci p. 11 n. 19, ex eoque Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120); eandem haud dubie exhibet Wordsworth p. 8 not. ‡.

CANIDIA Wordsw.; in pariete fuerit CALLIDVS (sic Garr.) vel CALIIDVS. — NER — Wordsw.; intellege NER(*onianus*); cetera incerta sunt: quae II (*victoriarum*) L(*ibertus*) legit Garr. — Videndum est autem, ne similis inscriptio fuerit illa, quam Murr tab. I n. 16 (inde Garr. tab. XXIX 9; cf. Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120) in hunc modum ΛLUDVS ΛVELIIIS exhibet et his modis V LVDVS VELIVS Murr, INLVDVS VELIVS (ad n. 2334 male descriptam provocans) Garr. p. 11 n. 9 legerunt.

2479 littera S cursiva est.

CLEMES

Murr tab. II 3.

Est *Cleme(n)s.*

2480

QVΛESTOR

Murr tab. II 5; Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120.

2481 litterae R et S cursivae sunt.

FORTVNΛTVS

Murr tab. II 6.

2481*a*

ARΠOKRA

Murr tab. I n. 17 (inde Franz Corp. Inscr. Gr. III p. 760 et Garrucci tab. XXIX 8, cf. p. 10 not. 1), melius tab. II post n. 6.

ARΠcKRAT*vs* Murr tab. I, ubi *vs* supplementa esse patet, ac videndum est ne non magis in pariete fuerit T, quod omittit tab. II. — *Arpocra* fortasse est in n. 2400, *Arphocras* n. 2193.

Eiusdem nominis principium est

2481*b* ΑΡΠΟΡ *sic*

quod exhibet Murr tab. II n. 8 (inde C. I. Gr. III p. 760).

Ceterum commemorare liceat, quae Diss. Isagogicae auctor p. 81 habet: „in cubiculis circa Porticum Pompeianam [est autem haec ipsa, in qua versamur, porticus] positis militum contubernium fuisse in dubium revocari nequit, cum ibidem clypeos, ocreas, loricas, galeas, gladios, imo et compedes, qui sontes continerent, invenerimus. Ea autem arma ad classiarios milites pertinuisse, argumento sunt anchorae, gubernacula, tridentes tum in armis ipsis insculpta, tum in porticus columnis graphio passim ab otiantibus delineata.“ De quibus v. Garrucci *Bull. Nap.* 1853 p. 98 sqq.

2482 litterae R et S cursivae sunt.

FIRMVS

Murr tab. II 7.

2483

MANSVETVS PROVOCATOR
VICTOR VIINIIRI P A R
MAM FIIRIIT

Tab. XXXIX 8 dedi Murrii exemplum. — Murr tab. II 10 (inde Garrucci tab. XXIX 5, ex quo Minervini *Bull. Nap.* 1859 p. 120).

Minervinius in eiusdem porticus columna quadam PROVOCATOR legit, quod nescire se ait, an ad eandem inscriptionem pertineat. — 2 et 3 uno versu in pariete continuatos esse suspicor. — PALMAM Murrii exemplum non admittit.

AMPHITHEATRVM.

2484 in parte externa in pila ab aditu occidentali [t. A 143*b*] septentrionem versus secunda in uno ex eius lapidibus tofaceis, in laterum formam factis, alto 0,12 et longo 0,285; litteris altis 0,08 m. — *Segnata a graffio sulla grossezza di una delle pietre di peperino, delle quali sono costrutti i piè dritti degli archi esterni dell' anfiteatro* GARR.

A·D·IX·K·QVI

Tab. XXXIX 17 ex apographo meo priore, ubi pro QVI non recte est OM. — Garrucci *Bull. Nap.* 1862 p. 42.

A D IX · K QVI Garr., qui perperam de ea iudicat in hunc modum: *ogni ragione invece mi fa credere che abbia un tal carattere che non la ceda molto ad una epigrafe monumentale. Io giudico in somma e dalla insolita grandezza delle lettere* [?!] *che occupano tutta la lunghezza e l'altezza della pietra* [quasi vero ingens lapis quadratus sit], *e dal luogo medesimo ove la pietra è posta che è al cantone, aver alcuno voluto con essa segnare il giorno ventiquattro di giugno, nel quale la fabbrica dell' anfiteatro era forse terminata, cosa, che i nostri maestri muratori non di rado sogliono fare anche oggi.* Immo non de industria a quadratario incisa, sed temere a quopiam scariphata est. Ad idemque fortasse genus spectat alia inscriptio haec

Γ · MΑ

scolpita sopra una pietra di peperino [amphitheatri], quam vidit Garrucci *Bull. Nap.* 1862 p. 43.

2485 in pila ab eodem aditu septentrionem versus prima; litterae S cursivae sunt, R alta 0,06 m.

PERMISSV

Descripsi.

Cf. n. 1096 sqq.

2486 in eo aditu in quo sunt inscriptiones I. N. n. 2250 et 2251 MOMMS. [i. e. tab. A 143*a*].

ΛMΛTVS

Mommsenus descripsit.

2487 in crypta, ad sinistram aditus septentrionalis [tab. A 143*a*] posita, in pariete sinistro inter tertiam et quartam a fine pilas, in tectorio nigro.

AD· MIRORTIIŀPARIES· NON CeCIDISSE
QVI TOT· SCRIPTORVM · TAEDIA SVSTINEAS

Tab. XI 11 ex meo apographo. Edidi *Bull. Inst.* 1867 p. 51.

Inscriptio fere integra extat, sed obscuro loco posita, obtectaque est cineribus durissimis. Lectio tamen certa; nisi quod v. 1 prima interpunctio (cf. n. 2461) nonnihil dubia est. — 2 extr. post *cecidisse* frustra ultimum hexametri vocabulum quaesivi, neque quicquam nisi lineam illam curvatam (v. tab.) investigare potui. — Idem distichon habes n. 1904 et ex parte n. 2461; in hoc autem exemplo transposito *te* hexametri metrum pessum datum est.

2488 in eiusdem cryptae pariete sinistro, inter decimam et undecimam pilas.

AVCTI
HACINITVO
IPORO

Tab. XXXIX 18 ex meo apographo. — Mommsenus in schedis.

2 tertia vix potest esse S; quinta V est vel N. — IHACININO Momms. — Inscriptio posita est in inferiore parte ingentis A.

2489 in cryptae ad dextram aditus septentrionalis [tab. A 143*a*] positae pariete dextro inter octavam et nonam pilas in tectorio nigro leviter incisa.

SAŀJA

Tab. XXXIX 15 ex meo apographo.

SALIA potius quam SAVA (v. n. 2414) legendum esse videtur. — Ceterum litterarum, maxime S, forma talis est, ut de inscriptionis antiquitate dubitare possis.

2490 in cryptae ad dextram aditus meridionalis [tab. A 143*e*] positae pariete dextro inter duodecimam et decimam tertiam pilas in tectorio partim albo partim nigro.

II III RIILATORIIS

Tab. XXXIII 31 ex meo apographo.
.....RIILATORIIS erit; nam pro R priore legi vix poterit F.

2491 in aditus *d* pariete sinistro in albo tectorio.

M · MASIVS

Tab. XXXIX 19 ex meo apographo. — Ed. Garrucei *Bull. Nap.* 1854 p. 82, *graffiti* XXVIII 3 male confusam cum 2492 et sic: M · MAIIVS.
Quarta vix potest L esse. — In fine multum tectorii periit.

2492 ad dextram praecedentis interstitio 3,00 m. litteris quadratis, A alta est 0,055 m., I 0,13 m.

ARI

Descripsi. — Garrucci ll. cc., qui male coniunxit cum n. 2491 hoc modo: M·MAIIVS AR *Bull.*, M·MAIIVS || ARI *graff.*

CASA DI GIVLIA FELICE.

2493 in forma Weberi (v. ad n. 1135) n. 11; inter titulos pictos n. 1149. 1150, ita ut litterae AV positae sint in tituli n. 1149 verbo CANTVS, litteris cursivis. — Nunc Neapoli in museo.

AVGVSTVS

Descripsi.
In hoc alius minoris inscriptionis, cuius litterarum quadratarum hastae binis lineis factae sunt, reliquiae huiusmodi ////ACC//ARA extant; ubi tertia littera C vel O fuisse potest.

IN OPPIDI MVRIS.

2494—2502 in lapidibus quadratis, quibus oppidi muri extructi sunt, inter portam Sarni et portam Nolae extant; nec vero graphio scriptae, sed scalpro alte insculptae sunt litteris lapidariis satis magnis et ita formatis, ut vel Octaviani Augusti aetate antiquiores esse possint. Licet scalpro incisas tamen hic recepi, quia fieri potest, ut ab opificibus, qui in iis locis lapides caedebant, incisae sint simili atque pleraeque inscriptionum graphio factarum consilio, hoc est nullo fere nisi ut inciderentur. Nam plane improbabilis est ea, quam Minervinius *Bull. Nap.* 1855 p. 58 protulit, harum inscriptionum interpretatio. Repertae sunt enim illo loco permultae (Minervinio teste *Bull. Nap.* 1854 p. 149; triginta octo enumerant acta inde a 10 April. 1854) ollae, in quibus ossa humana ambusta inerant, vel in murorum gradu quodam collocatae (*all' esterno delle mura è costruito rozzamente un piede o grado, dopo del quale viene il terreno* Min. *B. N.* 1854 p. 149; eundem fortasse significant acta 26 Mai. 1854 his verbis: *un cippo sepolcrale in pietra, contenente una iscrizione che non discernesi, posto al piede del basamento o banchina a destra della Porta di Nola*), vel in ipsa terra muris vicina positae; ibidemque ollis non condita ossa humana effossa esse refert Minervinius. Ad homines igitur hic sepultos pertinere inscriptiones illas idem vir doctissimus opinatur. Quae opinio, etiam si de huiusmodi sepultorum nomina inscribendi modo aliunde quicquam compertum esset, plane excluditur gentilibus nominibus inscriptionum n. 2495. 2496. 2498. 2500? 2501? 2502, quae in infimae sortis homines eo loco si dis placet sepultos plane non conveniunt. Melius autem tacebitur de eiusdem Minervinii altera coniectura *Bull. Nap.* 1855 p. 59, Alexandrinorum hoc fuisse videri sepulcretum, quia inscriptionum nomina pleraque Graeca, unum Aegyptiacum sit, Isidis autem, cuius deae cultum Alexandrini Pompeis propagaverint, aedes portae Nolanae maxime vicina sit (*in grandissima vicinanza* ipsa eius verba sunt).

2494

XC · | COΣIDI VS ·

Tab. XXXIX 16 ex meo apographo.
Nomen Σωσίδεος esse puto; ubi triplici litterae Σ forma scriptor usus est. — XC licet alio lapide scripta coniungenda tamen cum nomine esse videntur. — Si ariolari licet, quadratarii notam esse putaverim addito ipsius nomine.

2495

ALLEIA
CALAES
AL · NVPE

Tab. XXXIX 21 ex meo apographo. — Mommsen I. N. n. 6307, 81; Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57; exhibet anonymus in schedis nostris.
3 *Al(leia)* Min. explicat. — NVRF anon., IVVFE Momms., sed recte ut ego NVPHE (litteris PHE ligatis) Min.; cf. Νοῦφις C. I. G. n. 4863*b*, Peyron lexic. ling. Copt. (NOYB *aurum*, NOYΦE *bonus*), Minervini l. c. p. 79.

2496 litteris quadratis, C alta 0,10 m.

C · VENNI

Descripsi. — Mommsen I. N. n. 6307, 80; Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57.
Inter duas N lapidis superficies nonnihil laesa est, ut tamen littera perierit nulla. — CVENN Momms., C · VENIN.... Min. minus recte.

2497. 2498

2497	2498
LOIIA	ΛΟΛΛΙΑ
	ΧΕΙΛΕΙΔΩΝ

Tab. XXXIX 7 et 22 ex meis apographis. — Mommsen I. N. n. 6307, 79 et ante 76; Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57; n. 2498 Mazois I tab. XII (aeri incis.), p. 36.
2497 LOLIA, vel fortasse LOLL[I]A fuisse potuerit; LOIIA Momms., IOLA Min. — 2498 ΧΗΑΕΙΔΩΝ Maz., ΧΗΛΕΙΔΩΝ Min.

2499 prope sequentem litteris quadratis, altis 0,05 m. — Inter n. 2498 et n. 2500 exhibet de MOMMS.

N...NSA · S
A · ΓISTTESF

Descripsi. — Eadem haud dubie, quam Mommsenus I. N. n. 6307, 78 edidit, Minerviniusque *Bull. Nap.* 1855 p. 57 n. 3 significat.
1 om. Momms. — 1 primarum litterarum vestigia incerta restant. — 2 altera littera, sive F est sive I, adhaeret litterae A. — Quinta T vel I est. — Septima E potius quam I· esse videtur. — Ante F litterae S umbram videre mihi visus sum, quae tamen fieri potest, ut fortuita lapidis laesione facta sit. — ANII · F Momms. — Minervinius duorum vv. inscriptionem esse ait, de qua legenda sibi non constet, ut tamen Mommseniana illa admitti non posse sibi visa sint. — Cf. n. 2501.

2498 circiter LXX passus a porta Nolana meridiem versus, litteris quadratis, R alta 0,25 m., O 0,20 m.

PROTVS

Descripsi. — Mommsen I. N. n. 6307, 77; Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57.

2501 prope portam Nolanam MOMMS. *incisa a caratteri cubitali, che superano di grandezza tutte le altre seguenti* [i. e. 2495—2500] MIN.

ÆISTIV
LOCV

Mommsen I. N. n. 6307, 76; Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57.

Fortasse est *A. Fistiu(m)* — an *Afistiu(m)* pro *Aufustium?* — *Lo[g]u(m)*. — Minervinius p. 58 *afistiu(m)*, i. e. ἀφέστιον, *locu(m)* explicandum esse sibi soli opinor probavit.

2502 '*gravées grossièrement sur le mur de l'* agger' MAZ., qui cum n. 2498 exhibet.

PAVSIA IVLIA

Mazois I tab. XII (aeri incis.), p. 36.

Eiusdem generis est atque praecedentes.

LOCORVM INCERTORVM.

2503 in museo, quod est Pompeis, in rubro tectorio.

D V O *b*
duob VS FABIS FELICITER
D V O B V S · F A *b*

Tab. XXXI 27 ex delineatione Ricardi Schoene.

Versuum interstitia in pariete ipso maiora esse quam in delineatione sua indicat Schoene. — Idem scriptum habes n. 1087. 1089. 1095.

2504 in museo, quod est Pompeis, in albo tectorio.

ubi ϸVII SALV*tii*

Tab. XXXI 15 e Schoenii delineatione.

Fuisse videtur [*ubiq*]*ue salu*[*tem*].

2505 in musei Neapolitani tabula n. 8, litteris cursivis praeter F, quibus similem habes tab. IV 6; V altum est 0,018 met.

VII · FRR AEF*R* | *tabulae finis*

Descripsi. Ultima fortasse non R est sed A, sed secunda et tertia litterae certe R sunt, non A.

2506 in eadem tabula inferius; prius O altum est 0,007 met.

ΔPOCOC

Descripsi.

Idem infra litteris minoribus repetitum est, ubi tamen ΔPO, excepta litterae Δ ima linea, prorsus evanuerunt.

In eadem tabella QVE litteris cursivis, R cursiva, *M*, circuli duo delineati extant.

2507 *en el solito lugar* [*en el lugar donde los partidarios tomaban el rapillo* 21 Mai.; i. e. iuxta tabernam *del lapillo,* in *masseria d'Irace*, cf. Ribau 21 Mai. 1757, de qua massa dixi ad n. 1165] *se ha descubierto un sepulcro con las murallas de la parte de fuera rusticas, y en las mismas piedras se obserba la inscripcion siguiente* ACTA. — Nunc Neapoli in musei tabula n. 9; sed minus lapis, quam terra tofacea vel opus tectorium rude (cineracei coloris) esse videtur, nec scalpro incisa inscriptio sed graphio scripta est.

| SPON | SORH | OC\ I'II | CITCIIL | IIRIS | NI'I vS |

in alia particula:

| SR.ONSo |

Tab. XXXIX 23 et 20 ex meo apographo. — Acta 28 Mai. 1757; Mommsenus in schedis.

Sunt septem tectorii lapidisve particulae, sed quae recte compositae esse videantur, cum eodem ab actis proferantur ordine; ut tamen post illa *sponsor hoc fecit celeris* particulas quasdam deesse putem. — Actorum autem codex, quo Mommsenus usus est, hoc modo exhibet:

SPONSOR IIOC ⸮IVſITCIHIIRISI⁻II
I'VS

ed un' altra come segue SRON'SO

Acta a Fiorellio edita sic:

SI' ONSOR JIOCLIVOT CIHIIRISI
II . . . .
. . . . I'VS . . . .

y otra como sigue: SRON·SO

In priore parte utrum HOC· sit an IIOG non plane certum est; eiusdem partis finis lectionis incertae est: quae NTIVS misi visa sunt. NT[VS] Mommseno. — In altera parte secundam litteram R acta et Momms. legerunt, mihi lineola illa, qua P in R transformatur, fortuita esse posse visa est.

2508 Pompeis reperta dicitur. — Nunc Neapoli in museo. In rubro tectorio male facto misereque corroso, litteris fere quadratis nisi quod cursivae sunt versus primi litterae omnes et hae quae secuntur: v. 9 S ultima; v. 14 S, P, R, V; v. 15 V, P, S; v. 22 S; v. 24 R; v. 25 Q, S; v. 27 P; v. 30 D; v. 31 P, R, S; v. 33 F; B autem et Y sic ƀ et Ɣ formatae sunt.

PRI//////////

MVNVS M...ESC ...C/////A LI LVV ...I

//V C ... NCVINONAS · MAIAS

TR·M O M////

////////⟨NAT⟩OR · NER · II/////////⟨T⟩IGRIS · IVL//PI M/////⟨P·/////EA⟩CIVS⟩IVL· M·C·⟨A·⟩I ...IVL · LV////

/////III C'//NS NER · III · ⟨M⟩/SPECVLATOR · LXIX V/////////A⟨IV⟩/////SM//////////// P////////VR · I⟨I⟩//////

//V //I /// D //R ⟨INII⟩ ⟨I⟩R

CRYS⟨A⟩NTVS //////////II · M · ARTORIVS · //////// ... ////////////V/ER ////// V //O///////A·N

MVNVS · N... ///////////////⟨V⟩IV · III · PR · ID//IDVS ID! /// MAI

DI/////////

M·I...CI⟨ENS⟩ ..R XX//////////// LAVDAND//////I//IO.//////XI

V NOBILIOR IVL·II NG·...////...////XIV

⟨T·⟩ M

M·L·SIIMPRONIV/////// NO⟨P⟩////////////

V · PLATANVS · I⟨V⟩//// AB

RIK//////////LOIVS ...

T·M·

V · PVGNAX · NIIR · III

P · MVRRANVS NER · III //// //IIX////////////II//////

O· T ////////////////////...//////

V · CYCNVS · IVL · VIII

M·ATTICVS·⟨IV⟩L·XIV

T·M·

V·HIIRMA·IVL·IV·

M·Q·PIITILLIVS·////

IISS

M·P·OSTORIVS·LI

V·SCYLAX·IVL·XXVI

⟨T⟩R· M

V·NODV////⟨I⟩VL·V⟨II⟩

M L · PIITRONIVS · XIV

T·M·

P·L·FABIVS VII⟨II⟩

V·ASTVS⟨IV⟩L·XIV

Contuli. — Garrucci X 1*a* et 1*b*.

Tectorium tam friabile est, ut sicubi vel leviter tetigeris frustula aliquot discedant; unde factum est, ut ex quo Garruccius inscriptionem vidit litterae nonnullae perierint (quas hoc signo ⟨ ⟩ inclusi) et ut neque charta pellucida neque alio quod sciam modo imago eius excipi possit. — 1 pone P (vel F) RI multa periisse possunt; PPA (*ppa* interpretatus) non recte Garr.; nec lacunam indicat idem: sed in ea re summa ille saepe neclegentia versatus est. — 2 apex incertus est. — M AAAESC*inii* .. MLLVV ... II Garr. — 3 pro NOVI (i. e. N vel V, C vel G, V, I) non recte NAVI Garr. — 4 TR·M id. — Haec *Tr(ex)* *M(urmillo)*, *O(plomachus)* *M(urmillo)* ad bina paria pertinere videntur. — 5 si recte lectum est a Garruccio NAT (nunc enim periit), fuerit *Venator* vel *Salinator* praemisso videlicet V vel M vel P. — NER·IIN TIGRIS·IVL DI Garr., T tota et I litterae media parte in lacuna positis (i. e. in parte tectorii corrosa). — Interpunctio post IVL, quod proxime sequitur, nunc evanuit. — 6 ... IENS Garr. — Litterae M prioris pars, quam punctis expressi, in lacuna posita est apud Garr. — OR pro VR Garr. male. — 7 princ. littera V (quam integram exhibet Garr.) paullo inferius quam sequentes posita est; fort. *v(icit)* intellegenda est referendaque ad CRYSANTVS. — 7 med. P, non R ut Garr., esse videtur. — IN..., quod IISSIID(*arii*) fort. esse ait, Garr. — Ante R in lacuna hoc fragmentum (exhibet Garr. — 8 ...I·M· Garr. — ... ////////NER VAIAA·N Garr., ubi altera certe ƀ est; quam quae excipit lineola, particula est curvae lineae, quae per v. 2—9 traiecta est; deinceps C, vix S, sequi mihi visa est. — 9 P SO*rnii* V IV Garr. — Lineam, quae est inter PR et ID, fortuitam puto; vix enim alia in his latere possunt nisi haec: IV·III·PRID·IDVS *idib(us)* MAI*s*; male PR ID I/// ..H·III'////MAI Garr. — 10 DI legendum esse non certum quidem sed probabile est. — Haec quoque DI (*machaerus*) O(*plomachus*) ad duo paria (v. 11 et 12) referenda esse videntur, cf. ad v. 4. — 11 M·FIICIENS PER XX Garr. — Et PER et NER fuisse potest. — LAVDDNO////I OP/////XI Garr. — 12 med. MCG Garr. — Ante X post lacunam fortasse litterae S reliquiae extant. — 15 init. pro V· male P in tab., peiusque R in comm. Garr. — 19 princ. et P et B et D fuisse potest; sed hic non minus quam v. 33 fuerit P i. e. *periit*. — Ex ultima I descendit lineola fortuita (sic fere N). — 24 et 25 male repraesentavit in tabula Garr. — 31 princ. ML· parum certae sunt. — 33 prima non R, sed P est ut v. 19; Garruccius, qui v. 19, v. 24 (at h. l. ipse V in tab.), v. 33 R legit, male de *r(equistus)* vel *r(epetitus)* cogitavit collatis Act. S. Perpetuae c. 6 § 21, 7 Mart. vol. I p. 637 ed. Bolland. et Lactant. Inst. VI 20 § 12 (v. Lipsius Sat. II 20 et 22). — Quae v. 14—16, item quae v. 19—20 altera columna leguntur, misere nunc mutilata, vix cum ceteris coniungenda erunt.

múnus M(arci) [Ma?]es[oni] . . . . l. l. v. . . . .
v. . . . . VI nonas Maias
tr. m. *o [m]*
. . . ⟨nat⟩or Ner. II. . . . . Ti?gris Jul. . . I *m?⟨p. . eac?ius⟩ Jul. — m . . . . Jul. LV. . . .*
. . . ci. . s Ner. III — m? Speculator l. XIX· *v? . . . b?⟨iu⟩. . . . sm. . . — . . . . ur. . . .*
v. [i]i[ssi]id. *. . r?* *⟨. . . . .⟩* *. . . . r.*
Crys⟨a⟩ntus. . . . II — M. Artorius . . . . b . . . . [n]er . . . .
munus N? . . . . IV III prid. idus i[dib(us)?] Mai[s]
di? . . . . . o.
m. . . . c⟨iens⟩ Ner. XX. . . . — . . audan . . . o . . . XI
v. Nobilior Jul. II . . . . XI[V]
⟨t.⟩ m.
m. L. Semproniu[s] . . .
v. Platanus J[ul?] . . .
t. m.
v. Pugnax Ner. III
p? Murranus Ner. III
o. t.
v. Cycnus Jul. VIIII
m. Atticus ⟨Ju⟩l. XIV
t. m.
v. Herma Jul. IV
m. Q. Petillius . . .
ess.
m. P. Ostorius LI
v. Scylax Jul. XXVI
⟨t⟩r. m?
v. Nodu. . Jul. V⟨II⟩
p? L. Petronius XIV
t. m.
p. L. Fabius VII[II]
v. Astus ⟨Jul.⟩ XIV

Est libelli gladiatorii (cf. Lipsius Saturnal. II 18) exemplum in pariete exaratum. Quo libello comprehenduntur muneris editor, dies, gladiatorum compositiones, gladiatores singuli cuius generis sint, in quo ludo instituti sint, quotiens pugnaverint, denique praescripto singulorum nomini huius pugnae exitu. Sunt autem munera duo, quorum altero sex ut videtur paria (1. et 2. Threces cum murmillonibus, 3. et 4. hoplomachi cum murmillonibus?, 5. essedarius cum retiario?, 6. ?cum? compositi), altero novem paria (1. et 2. dimachaeri? cum hoplomachis?, 3. Threx? cum murmillone, 4. Threx cum murmillone, 5. hoplomachus cum Threce, 6. Threx cum murmillone, 7. essedarii, 8. Threx? cum murmillone?, 9. Threx cum murmillone), si libellus ad finem perductus est, exhibita sunt. — Videtur autem hic libellus, antequam munus ederetur compositus esse, notaeque illae V, M, P postea additae, cum, ut recte observavit Friedlaender (*Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms* II ed. 2 p. 244 not. 3), ordo in id genus inscriptionibus victor non ubique victum praecedat, qui omnibus observatus est, v. n. 1182. 1421. 1422. 1474. 1773. 2387; hoc vero de solo libelli archetypo dictum velim, non de apographo nostro, quod uno tenore perscriptum esse apparet.

2509 Neapoli in museo, in particula columnae striatae, quae Pompeis reperta esse dicitur.

LOLLIAN*us*
IIVODVS
P R I S C V S
M V S I C V S
ATIMIITVS
troil? V S
. . . IC.V*s*
GLAVCVS
co M M V N *is*

Tab. XXIV 4 ex meo apographo. — Garrucci XIX 5 male.
1 litterae S finalis imam partem post IIVODVS v. 2 restare puto. — 6 incertae lectionis; an VIIRVS? — 7 magis etiam dubius.

2510 in museo Neapolitano (*raccolta pornografica* n. 21), in pictura obscena Pompeis reperta, cuius descriptionem habes apud FIOR., litteris crassis fere quadratis praeter S, prima I alta 0,015 m.

SIC *A*MILLIV//

Descripsi. — Fiorelli *Bull. del museo nazion.* I (1864) p. 109 n. 21.
Praeter SI et V littera nulla est clarissima; SIC AMILLIV Fior. — Supra hanc reliquiae alia manu scriptae extant huiusmodi: |ʌ◡//// (ʌ alta 0,04 m.), quae possunt esse AD (ita Fiorellius) aut AV.

2511

AD *ST*ABIANVN

Fiorelli *giornale* 1851 fascic. 2 pag. XXI not. 27; Garrucci XXVII 19.
AD STABIANVM Fior.; item in comm. legit Garr., cuius tamen in tabula pro ST est I[1], ut potius AD FABIANVM legendum esset, nisi praestaret Fiorellii ipsiusque Garruccii lectionem sequi; Garruccium enim in tabulis lineas quae maximi momenti sunt non semel omisisse scimus, cf. velut n. 2450 v. 3.

2512

VESVINA. .

Dissert. Isag. pag. 13 not. 11, ubi haec leguntur: „in parietina inscriptiuncula Pompeis *Vesvinae* nomen proprium habetur Part. III Tab. IV", quae libri pars numquam edita est.

HERCVLANEVM.

2513 in aedibus Argi, in peristylii columna angulari septentrionalis et occidentalis ordinum; C verbi SCRIPS alta est 0,009 m.

CTPA	S T R A
TONI	TONICOS
KOC	SCRIPS-

Tab. X 11 ex meo apographo.
3 ultimum elementum non litteram sed clausulam esse puto; intellege *scrips(it)*.

2513*a* ibid. in pila, quae est in angulo ordinis septentrionalis et orientalis, litteris cursivis, priore E alta 0,006 m.

DEBERE

Descripsi.

ALPHABETVM.

Hac parte seorsum composui eas inscriptiones stilo factas, quibus alphabetum Latinum integrum aut singulae eius litterae ordine positae aut primae quaeque eius cum ultimis alternatae exhibentur. Quas a pueris discentibus profectas esse cum per se veri simile sit tum inde comprobatur, quod maxima ex parte in parietum partibus inferioribus exaratae sunt.

Litterarum genere utuntur fere quadrato, nisi quod harum F, L, S formae cursivae praevalent (F quadrata est n. 2517, 1 et 2518, L n. 2518); B, D, K saepe ita formatae sunt, ut hasta recta ab altera litterae parte discedat; exceptis n. 2517, 1 et 2518 in omnibus II est, non E; litterae B, D, P in nulla, qua totius alphabeti series exhibetur, cursivae sunt, sed in eis, quarum alia est ratio (B n. 2541 et 2543, D n. 2541, P n. 2549*b* et 2549*c*). — Singulari specie facta est G n. 2517, 2, itemque S n. 2516 et T n. 2514, magisque etiam fugientem scriptorum stilum ostendit, quod I litterae E (n. 2523) vel litterae F (n. 2524) vices gerit. Alios errores deprehendes n. 2518 (cf. Graeca tab. XII 11 et XXVIII 25) 2544. 2549*a*.

Typis ea sic reddenda curavi, ut litterae A quadratae varietates exprimerentur hac Λ Λ Λ λ Λ, E et II distinguerentur, denique cursivae litterarum F et L his modis Ϝ Ι' et Ꮮ Ι repraesentarentur.

Ultima alphabeti ubique est X, ut Y et Z in litterarum Latinarum numerum nondum receptas tum fuisse appareat (Quintil. Inst. I 4, 9 *nostrarum ultima* X; cf. Sueton. Aug. 88).

Denique tribus verbis commemorare hic liceat, Oscum quoque et Graecum alphabeta in parietibus Pompeianis passim inscripta inveniri, sed illud rarius nec plenum (v. Mommsen *Bull. Nap.* 1846 p. 117 et *Unter-ital. Dialecte* p. 188 tab. XI 31*e*; Garrucci tab. I 1—3, Fiorelli insc. Osc. Pomp. p. 12 tab. X 9—12), pluribus exemplis Graecum aut totum aut ex parte 1) in aedibus *del citarista*: A—ω (tab. XII 11, v. ad n. 2462); 2) et 3) in viae Fortunae n. 33 atrio: A—ω, infraque ω—A (v. ad n. 1565; Garrucci *Bull. Nap.* 1854 p. 83, tab. VIII 8 et *graffiti* t. I 5); 4)—9) ibidem: A—N | A—N | A—Γ | A—E, in eodemque pariete A—Γ|; 10) in via Fortunae ubi n. 294: Λ—λ (Garruccius *Bull. Nap.* 1854 p. 83, tab. VIII 8 et *graffiti* t. I 9); 11) in aedibus *delle colonne a musaico*: A—M vel N; 12) in aedibus *del laberinto* sub n. 1422: A—K (tab. XXVIII 25, Garruccius I 8); 13) in vici *del balcone pensile* n. 7: Γ—Z; 14) in *strada consolare*: A—E (descriptum Fiorellio); 15) in *strada di Mercurio*: A—E (acta Sept.—Oct. 1828 p. 216, cf. Gell 1832 II p. 7); 16) in via Nolana ubi n. 1595: ω—M (Garruccii t. I 6), quae exceptis n. 10. 14. 16 vidi ipse omnia.

2514 in *vico storto*, circiter 0,33 m. sub inscriptione n. 1613.

ΛBCDIIϜ GHIKᏞMNOPQRS7VX

Tab. XL 3 ex meo apographo. — Avellino *inscr. graff.* pag. 19 omissis STVX; Garrucci I 11 (inde Ritschl P. L. M. E. tab. XVII 24).
Nota litterae T formam singularem.

2515 in aedibus *del poeta tragico* in culinae (v. Gell 1832 tab. XXXV) pariete sinistro non multum supra pavimentum.

ΛBCDIIϜGHIKᏞMNOP*q*R*s*TVX
VX

Tab. XL 5 ex meo apographo.
Litterae Q_, R dimidia, S cineribus obtectae sunt.

2516 in viae *dell' Abbondanza* aedibus n. 37, in secunda (ab occidente) quinque pilarum ante hortum positarum, in nigro tectorio, 1,30 m. supra solum.

ABCDIIϜGHIKᏞMNOPQRƧTVX (*sic*)

Tab. XL 9 ex meo apographo.
Paullum corrosa est, sed certae lectionis.

2517 in aedibus vici *d'Eumachia* n. 11, in peristylii columna a septentrione secunda, in tectorio rubro.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVX
ΛBCDIIΙ'CCHIK Ι.MNOPQRSTVX (*sic*)

Tab. XL 10 ex meo apographo.
Nota in secunda litterae G formam singularem.

2518 extra portam marinam, ad sinistram portae in pariete septentrionali supra sedile in tectorio rubro.

ΛBCDEFGHIKLMNOPQRTVX (*sic*)

Tab. XL 11 ex meo apographo.

2519 in vico *del balcone pensile* ad sinistram ostii n. 4 sub inscriptione n. 2003.

ABCDIIΙ'GHIKᏞMNOPQRS//////////

Tab. XL 14 ex meo apographo.
Multis lineis alienis iisque antiquioribus transfixa est, maxime II, F, G, H, I.

2520 in aedium *del citarista* (*strada Stabiana* n. 110) peristylio *c*, in columna ordinis septentrionalis tertia ab oriente (in qua n. 2383).

ABCDIIΙ'GHIKLMᏁ

Tab. XL 12 ex meo apographo.
In fine nil periit.
Haud dubie huc referenda est, quam nuperrime detectam in vico *del panattiere* sub n. 2319*o* Schoene descripsit in hunc modum (parum claram esse addens):

2520*a* I LDΙ'GI IILMNOIOP

ubi agnosces litteras FG...LMNO*pqr*.

2520*b* in aedibus *del citarista* (*strada Stabiana* n. 110) in peristylio *b* in ordinis antici columna angulari dexteriore non multum supra terram; O alta est 0,03 m.

λB///////OHIKLᏞΙΙΙ

Descripsi.
Quae litteram H praecedit O est non G. — Ultimas quattuor lineas *m* (IIII) litteram esse voluit scriptor.

2521 Herculanei, ad dextram (i. e. orient. versus) viae, quae est inter basilicam et hortum, in aedificio ultimo in albo tectorio; v. 1 D alta est 0,02 m.

ABCDIIΙ'CH////
ABC/—

Descripsi kal. Mais a. 1865.
Ante H esse C potius quam G videtur.

2522 in viae Diadumenorum latere meridionali, in septima a via Stabiana pila in albo tectorio.

ABCDIIΙ'GH/////////////|

Tab. XL 8 ex meo apographo. — Minervini *Bull. Nap.* 1858 p. 118.
Litterae IIΙ' minus clarae sunt, nec vero IIᏁ esse puto, ut visum est Minervinio.

2523 in *corridojo dei teatri* pone n. 2429.

ABCDIϜGH////// (*sic*)

Tab. XL 7 ex meo apographo.

2524 in vici *di Modesto* latere occidentali, inter secundum et tertium ostia a *vicoletto di Mercurio* septentrionem versus pergenti, in parietis proiectura.

sic
ΛBCDIIIHG

Tab. XL 6 ex meo apographo. — Garrucci I 12.

2525 in *vico storto* sub n. 2514.

ABCDIIFGHHSIIVAA//////////

Tab. XL 4 ex meo apographo. — Avellino *iscriz. graff.* p. 19.

Corrosa est. — Post H priorem secuntur litterae sine ordine et ratione conscriptae. — A B C D I I ...... H I I I V V Avell.

2526 in vico, qui inter viae Stabianae n. 19 et n. 23 orientem versus deflectit, in prima dextri (i. e. meridionalis) lateris domo in aditus pariete sinistro imo.

ΛBCDIIFG

Descripsi.

Litterae F hasta transversa superior mutila est, inferior periit.

2527 in aedium *del duca d'Aumale* (*strada di Mercurio* n. 16) aditus pariete dexteriore. — Pictam esse ait AVELL. male.

ΛBCDII

Tab. XL 13 ad exemplum a me delineatum. Descripsi. — Hanc aut sequentem exhibet Avellino *Bull. Nap.* 1843 p. 68.

2527 *a* ad sinistram praecedentis.

ΛBCDII

Tab. XL 17 ad exemplum a me delineatum. — Garrucci I 13.

Post II lineae extant temere factae.

2528 in aedium viae Stabianae n. 57 atrii pariete sinistro ad dextram secundi ostii, non multum supra pavimentum.

ΛBCDII

Tab. XL 18 ex meo apographo. — Minervini *Bull. Nap.* 1853 p. 62 minus recte.

Ante A minor B, itemque inter B et C minor Λ superius positae sunt.

2529 in vici *del lupanare* latere occidentali prope angulum viae *degli Augustali* ad dextram n. 2169, in rubro tectorio.

ABCDII

Descripsi.

Pro Λ fuisse A potest. — Litterae C et D ligatae sunt ut in n. 2532.

2530 in vici *degli scienziati* aedibus tab. A 76, in aditus pariete dexteriore, in tectorio nigro non multum supra pavimentum; Λ alta est 0,03 m.

ΛBCDI

Descripsi; C D hoc modo CD factae sunt.

2531 in aedibus *dei vasi di retro* [tab. A 61], in peristylii ordinis antici columna secunda a sinistra; Λ alta est 0,02 m.

ABCD

Descripsi.

Ibidem CↃ et ligatae CD (ut in n. 2532) extant.

2532 extra portam marinam 0,24 m. supra inscriptionem n. 2518.

ΛBCD

Tab. XL 15 ex meo apographo.

C et D ligatae sunt.

2532 *a* in portae marinae aditus sinisterioris (septentrionalis) pariete sinisteriore, pone n. 1755; Λ alta est 0,02 m.

ΛBCD

Descripsi.

2533 in viae Stabianae aedibus n. 57 in cubiculo *b* ante pictam n. 917*a*; litteris altis 0,02 m.

ABCD

Descripsi.

Litterarum hastae binis lineis factae sunt.

2534 in viae *de' Diadumeni* lateris meridionalis pila a via Stabiana septima, in parte interna orientali, supra n. 2412 ad sinistram.

ABCD

Descripsi. — Minervini *Bull. Nap.* 1858 p. 118.

2535 in *strada di Mercurio* n. 32, in conclavis ultimi ad dextram atrii pariete septentrionali in tectorio rubro; B alta est 0,035 m.

ΛBCDIIII

Descripsi.

2536 in aedibus *delle colonne a musaico* [tab. A 23] ad sinistram inscriptionis n. 1212.

ΛBCI

Tab. XL 8*a* ex meo apographo.

2537 in aedibus *di Narcisso* [tab. A 52] in peristylii ordinis sinistri columna secunda; litterae altae sunt 0,013 m.

ΛB

Descripsi.

2538 in aedibus vici *del balcone pensile* n. 17, ad dextram aditus, in tectorio albo, litteris altis 0,12 m.

ΛB

Descripsi.

2539 in aedibus *di Marte e Venere* (*via degli Augustali* n. 22), in peristylii ordinis sinistri columna secunda sub n. 1727.

ΛB

Descripsi.

2540 in aedibus *del Fauno*, 0,19 m. sub n. 1481.

ABC

Descripsi. — Garrucci XXVII 14, qui perperam coniunxit cum n. 1481.

Ultimam lineam, num C esse voluerit scriptor admodum dubium est; ABC Garr. — Secuntur autem lineolae tres levius incisae, quas temere factas esse apparet.

Litterae DFHGH fortasse sunt in n. 2420.

2540 *a* in viae *de' Diadumeni* eadem pila, in qua velut n. 2522 et 2534, sub n. 2412.

D ꓭA
D
D *na-vis figura* ꓭK
0,84 m. supra terram

Descripsi. — Minervini *Bull. Nap.* 1858 p. 118 non recte sic: ↃꓭA.

2 prima a fine littera lineis alienis transfixa est, sed K non A videtur esse. — Lineam levissime scariphatam, quae ante ꓭ extat, fortuitam esse puto, vix C.

2540 *b* in aedibus *del citarista* (*strada Stabiana* n. 110) in peristylio *b* ordinis in antici columna angulari dexteriore supra n. 2520*b*; Λ alta est 0,10 m., ꓭ 0,03 m.

ꓭΛ

Descripsi.

2541 in thermis Stabianis in porticus *a* pariete septentrionali ad dextram ostii *l*.

ꓤƎSDꓕƆΛꓭXꓯ

Tab. IX 3 ad exemplum a me delineatum. Descripsi edidique *Bull. Inst.* 1865 p. 192.

Sunt quinque primae et quinque ultimae litterae alternatae; quo disponendi genere veteres ad pueros exercendos et ad alia utebantur. Hieronymus in Jerem. c. XXV v. 26 „sicut apud nos Graecum alphabetum usque ad novissimam litteram per ordinem legitur, hoc est Alpha, Beta et cetera usque ad Ω: rursumque propter memoriam parvulorum solemus lectionis ordinem vertere et primis extrema miscere, ut dicamus Alpha Ω, Beta Psi: sic et apud Hebraeos primum est Aleph, secundum Beth, tertium Gimel usque ad vigesimam secundam et extremam litteram Thau, cui paenultima est Sin. Legimus itaque Aleph Thau, Beth Sin." Cf. idem epist. 7 (ad Laetam). — Similes inscriptiones sunt n. 2542—2548 et illa quam in pariete basilicae S. Alexandri legit Garruccius *Bull. Inst.* 1861 p. 38. In nummis L. Cassii Caeiciani hae notae adhibitae sunt: AX, BV, CT, DS, ER, FQ, GP, HO, IN, KM (v. Mommsen *Geschichte des Röm. Münzwesens* p. 561). Cf. Irenaeus contra haeres. I 14, 3 *ὅρα οὖν κεφαλὴν ἄνω, τὸ ἄλφα καὶ τὸ* Ω, *τράχηλον δὲ* B *καὶ* Ψ, *ὤμους ἅμα χερσὶ* Γ *καὶ* X, *στήθη* Δ *καὶ* Φ, *διάφραγμα* E *καὶ* Υ, *νῶτον* Z *καὶ* T, *κοιλίαν* H *καὶ* Σ, *μηροὺς* Θ *καὶ* P, *γόνατα* I *καὶ* Π, *κνήμας* K *καὶ* O, *σφυρὰ* Λ *καὶ* Ξ, *πόδας* M *καὶ* N. *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τῆς κατὰ τὸν μάγον Ἀληθείας.* Cf. Cavedoni *Bull. Inst.* 1853 p. 175 et 1865 p. 256.

2542 in vici *della Fullonica* aedibus tab. A 145, in atrii tetrastyli pariete sinistro ad dextram inscriptionis n. 1263 sub aedicula non multum supra pavimentum.

AXBVC////

Tab. XXXI 43 ex meo apographo. — Garrucci XXVII 4, qui perperam coniungit cum n. 1263. In fine non plus una littera periisse potest. — Praecedunt spatio aliquo interiecto litterae cursivae OO (non OQ ut Garr.).

2543 Herculanei in aedibus *di Argus*, in peristylii ordinis occidentalis columna a septentrione quinta.

AXBVCD

Descripsi bis. Tab. X 12 e priore meo apographo. Edidi *Bull. Inst.* 1865 p. 192.

In fine non est V·Ɔ, sed CD, littera C tamen levissime incisa et forma non satis clara fere tali: C.

2544 in aedibus *dei Cristiani* (*vico del balcone pensile* n. 22), in atrii pariete septentrionali ad dextram (i. e. orientem versus) aditus.

ABVCTDSIIRFIQ

Tab. XL 19. Descripsi et delineavi. Edidi *Bull. Inst.* 1865 p. 192.

Lineis alienis multis transfixa est sed lectionis certae. — Scriptor non semel erravit.

Infra hanc alia inscriptio duorum versuum extat, cuius v. 2 est VA, v. 1 autem tam neclegenter exaratus, ut exceptis paucis litteris legi nequeat.

2545 in vici *del labirinto* latere occidentali ad dextram quinti ostii a muris venienti, supra n. 1391.

ᵛSNQRTAXBS

Tab. XL 16 ex meo apographo.

Secuntur lineae litteris λT non dissimiles, ab hac autem alineae.

2546 in viae *dei Diadumeni* latere septentrionali ad dextram aditus aedium *de' Diadumeni* non multum supra solum; A alta est 0,04 m.

AS XIV RBV

Descripsi. — Minervini *Bull. Nap.* 1858 p. 118.

Inter S et R alia fortasse manus XI (sic Min.) aut XIV scripsit.

2547 in aedibus *di Castore e Polluce* (*strada di Mercurio* n. 11) prope pavimentum.

AX

Tab. XL 20 ex meo apographo.

Quae supra haec posita sunt (v. tab.), vix litterae erunt.

2548 in Panthei membro *f*, in pariete septentrionali imo in nigro tectorio; litterae altae sunt 0,03 m.

AX

Descripsi.

2549 in thermis Stabianus, in porticus *a* ordinis septentrionalis columna (vel pila) tertia ab oriente, sub n. 2090 (LVCRIITI) spatio o,11 m. relicto.

ƆHƆHꓕHƆ

Tab. IX 4 ad exemplum a me delineatum. Descripsi edidique *Bull. Inst.* 1865 p. 192. — Memorat Minervini *Bull. Nap.* 1858 p. 4 n. 8 (*graffito in particolari caratteri che ci sembrano orientali*).

Sunt litterae CH (vel CL) TH (vix CH) CH (vix CL) C. — V. ad n. 2092.

2549*a* in aedibus Centauri (*strada di Mercurio* n. 12), in porticus columna ordinis sinistri tertia non multum supra solum litteris quadratis altis 0,01 m.

sic
IHKLMNO//

Descripsi.

2549*b* in aedibus viae Stabianae n. 57, in cubiculi *b* pariete meridionali non multum supra pavimentum.

OPQR..

Tab. XL 21 ex meo apographo.

Lineae quae litteram R excipiunt quid sibi velint nescio.

2549*c* in vici *d'Eumachia* aedibus n. 15 sub inscriptione n. 2147, 0,72 m. supra pavimentum.

RRRRRR
O*P*QER

Tab. XXXVII 43 ex meo apographo.

2 secunda, quarta, quinta litterae parum certae sunt.

QVADRATARIORVM NOTAE.

In lapidibus quadratis tofaceis, quibus extructi sunt oppidi muri et aedificiorum tam publicorum quam privatorum parietes, scalpro alte incisa extant signa, quorum pauca in litterarum speciem, pleraque qualicumque linearum conformatione facta sunt. Quae quadratariorum fuisse notae putandae sunt eo consilio insculptae, ut a quo quisque lapidum caesus esset et ab ipsis opificibus et ab architecto agnosci posset. Certe non aliud quicquam spectasse scimus similes notas, quae in permultis medii aevi aedificiis etiam nunc spectantur, quorumque magnum numerum a se in Germania collectum nuper repraesentavit Back in libro, qui inscriptus est *Steinmetz-Zeichen gesammelt von Dr. Back Altenburg 1861.* In antiquis quidem muris nisi in Germania Rhenana (v. Huebner *in Monatsberichte der Berlin. Akad.* 1864 p. 97) et Tarracone (v. Huebner *Hermes* I p. 89), nulla quod sciam hucusque eiusmodi signa observata sunt, quia opinor huiusmodi res neclegi solent.

Adiunxi 53 et 54 figuras quasdam graphio in parietum opere tectorio per lusum exaratas; quarum illas 53 qui fecit eius animo lapidariorum notas observatas esse putaverim. — Alias id genus v. ad n. 1299. Denique hoc loco commemorasse liceat numeros „XXI, XXII, etc.; XXXI. XXXIV, etc.", quos leviter incisos in oppidi muris (*sur le contre-mur du rempart*) vidit Mazois vol. I pag. 36; qui quid sibi velint nescio: ipse vero investigare omisi. Mazois autem de iis haec: „*ils sont si peu apparents, qu'il est impossible de présumer qu'ils pussent servir à aucun usage militaire.*"

2550

1 = tab. XL 25. Descripsi. Extat in oppidi murorum parte externa, non longe a porta Herculanensi orientem versus.

2 = tab. XL 27. Descripsi. Extat in eisdem muris non longe a porta Nolana orientem versus.

3 quae est talis X (alta 0,12 m.), extat inter portam Nolanam et Sarnensem in lapide proximo (septentrionem versus) ab eo, in quo n. 2499 incisa est, ibique descripsi. Item hanc

4 X (altam 0,18 m.) descripsi inter n. 2496 et n. 2497.

5 = tab. XL 24. Descripsi ibidem, a n. 2494 portam Sarnensem versus pergens. — Edidit Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57, qui LO.... legit.

6 = tab. XL 23. Descripsi ibidem, sed propius portam Sarnensem. — Ediderunt Mommsen I. N. n. 6307, 82 et Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57, quorum uterque tertium elementum omisit, Mommsenus tamen in schedis habet.

7 = tab. XL 22. Descripsi. Extat inter praecedentem et portam Sarnensem. — Ed. Mommsen I. N. n. 6307, 83 et Minervini *Bull. Nap.* 1855 p. 57. Has tamen 5, 6, 7 quae videntur esse nomina inchoata, melius fortasse illis n. 2494 seqq. adiunxissem; id quod non minus valet de hac

8 CAI..., quam Minervini in eisdem muris legit, v. *Bull. Nap.* 1855 p. 57.

9—20 = tab. XL 48 ad exemplum Mazoisii (vol. I tab. XIII, cf. p. 35), qui in muris legit; n. 20 exhibet etiam Rossini *le antichità di Pompei* tab. (5) in murorum imagine pluribus exemplis, idemque infra habes n. 25.

21 quae est huius modi Ǝ, habetur apud Rossinium l. c.

22 hanc HE Rossini l. c. dedit.

23—38 = tab. XL 49 ad exemplum Garruccii t. XXIX 3 (cf. p. 12), qui in oppidi muris legit; n. 30 exhibet etiam Rossini l. c.

De similibus notis tradunt Romanelli p. 280 et Clarac *Pompei* p. 3; quorum ille, quas in murorum parte interna *presso la prima porta secreta* (inter Nolanam et Vesuvii portam, v. eius appendicem: *itinerario abbreviato di Pompei* p. 33) vidit, describit hoc modo: *hanno esse o la figura di un* E *colla coda dalla parte opposta, come se rappresentasse un tridente* [= n. 20] *ovvero di due* Z *incrocicchiate* [= n. 11?], *o di una linea, che ne' due estremi termina a forche* [= n. 15], *o di un* F *aspirante* [= n. 18], *o del digamma* Ⅎ (= n. 12?, v. Mazois I pag. 35 not. 1), *e* [lege *o*] *di un* cappa *rovesciato* ꓘ [= n. 9?]. — Clarac de suis refert his verbis: *un monogramme formé d'un* H *et d'un* E [= n. 20]*; sur d'autres des signes qui ressemblent à des* L *grecques* [cf. n. 38] *ou des croix formées de deux* Z *telles qu'en offrent les peintures des vases antiques et les monogrammes des médailles; c'étoit vraisemblablement les marques de ceux qui fournissoient les matériaux.* — Cf. Bonucci pag. 81, qui eius modi notas vidit prope scalare murorum, quod est ad portam Herculanensem [tab. A 32].

39 = tab. XL 32. Descripsi. Extat in aede q. d. Veneris quater; utrum XI an IX sit ambiguum est.

40 = tab. XL 31. Descripsi. Extat ibidem septies.

41 = tab. XL 35. Descripsi ibidem.

42 = tab. XL 37. Descripsi ibidem.

43 = tab. XL 38. Descripsi ibidem. — In eadem aede id genus notas se vidisse memorant Romanelli p. 280 et Bonucci p. 250 not. 49.

44 = tab. XL 42. Descripsi. Extat in aedibus Centauri (*strada di Mercurio* n. 14) in poste dexteriore faucium ad dextram tablini sitarum.

45 = tab. XL 39. Descripsi. Extat in poste dexteriore aditus aedium in *strada di Mercurio* n. 23.

46 = tab. XL 40. Descripsi in aedibus *della fontana grande* (*strada di Mercurio* n. 36) in atrii pariete sinistro.

47 = tab. XL 41. Descripsi in porticu fullonicae (*strada di Mercurio* n. 38).

48 = tab. XL 28. Descripsi. Extat bis in crepidine orientali vici *della maschera*.

49 = tab. XL 29. Descripsi ibidem.

50 = tab. XL 30. Descripsi ibidem.

51 = tab. XL 34. Descripsi in via Stabiana ex lapide tofaceo, qui ad dextram ostii n. 107 positus est.

52 = tab. XL 44 e Garruccii tab. XXIX 4, qui in domus privatae muro legit: ipse de ea p. 12 minus recte dicit: „*ce pourrait bien être un fragment osque de nom propre, ou de prénom* DeCius."

Addidi hoc loco figuras, graphio in opere tectorio scriptas:

53 = tab. XL 45. 46. 47. Descripsi e pariete sinistro tabernae, in viae consularis latere dextro (occidentali) sitae, cuius ostium sextum est ab aditu aedium *degli scheletri* [tab. A 54] septentrionem versus; est autem secunda a taberna tab. A 45 meridiem versus.

54 = tab XL 50 e Murrio p. 8, cuius auctor in columnis ludi gladiatorii [tab. A 134] legit; Murrii exemplum repetivit Garruccii t. XXIX 1 (cf. pag. 12). — Eiusdem generis fuisse videntur, quae Murr tab. I 13: Ꝺ et tab. I 11: ⌶ bis repetitum exhibet.

Postremo hic commemorare liceat signa picta, quae Gell 1832 tab. 59 vol. II p. 134 repraesentavit in ima margine picturae, quae pictura in aedibus *della piccola fontana* (*strada di Mercurio* n. 35) ad sinistram fontis etiamnunc extat; nec vero extant signa illa, ut verendum sit ne a Gellio undecumque collecta in ea tabulae suae parte composita sint; hoc autem non poteris non maximo opere mirari, quod inter illa signa monogramma Christianum ☧ conspicitur: cuius rei penes auctorem fides erit.

TITVLI VASIS FICTILIBVS INSCRIPTI

EDIDIT

RICHARDVS SCHOENE

Postrema hac parte tituli comprehenduntur qui in doliis amphoris urceis ceteris id genus vasis fictilibus leguntur. Est autem praeter sigilla impressa, de quibus hic dicendum non est, duplex eorum genus: alterum graphio, alterum carbone penicillo calamove scriptorum. Atque eorum quidem qui graphio exarati sunt, longe maxima pars legitur in doliis, multo pauciores in amphoris, in urceis nullus, suntque alii cocta argilla scripti, alii nondum cocta. E quibus hos manifestum est aeque ac sigilla a figulis servisve eorum profectos esse qui aut nomina sua (2682. 2777. 2779. 2797) vasis inscripta voluerunt, aut solam mensurae notam (2783? 2804. 2806. 2807. 2811. 2813) posuerunt, in urceis amphorisve fere supervacaneam, utilissimam in doliis tantae magnitudinis ut quantum capiant solo aspectu haud facile aestimes. Eadem ratio est eorum quae post cocturam vasis graphio inscripta extant, nomina scilicet servilia (2646. 2799) et notae quas nihil obstat quominus et ipsas ad mensuras referamus. De nomine in n. 2798 perscripto quid sentiam, dixi in adnotatione; titulus autem n. 2776 prorsus est e genere corum qui in parietibus plurimi reperiuntur.

Reliquae quas supra significavi inscriptiones a graphio scriptis hoc potissimum differunt, quod hae vasis inhaerent durantque, illae facile delentur et evanescunt. Quo factum est ut et magna pars perierit et quae extent, mutilae pleraeque sint nec sine summa oculorum contentione legantur. Auget difficultatem quod et litteris liberius conformatis exaratae sunt et in ea plerumque vasorum parte leguntur, in qua etiamnum apparent reliquiae aliarum inscriptionum non prorsus deletarum; ita ut facile coniungas quae secernenda sint et frustra saepe labores in dispiciendis litteris altera alteri superscriptis. Accedit quod ne hoc quidem satis ubique compertum habemus quid quoque loco scriptum esse possit, quid nequeat, nedum quid debeat. Extant enim praeter Pompeianas paucissimae huius generis inscriptiones et ita fere comparatae, ut accipere potius lucem a Pompeianis debeant quam ipsae ad harum explicationem quidquam conferant.

Iam in vinariis amphoris vinorum nomina et consules eius anni quo vinum factum esset, inscriptos esse notissimum est sufficietque potiora veterum testimonia adscripsisse. Plaut. Poen. IV 2, 12 *itaque in totis aedibus tenebrae, latebrae: bibitur, estur quasi in popina, haud secus. Ibi tu videas literatas fictiles epistolas pice signatas; nomina insunt cubitum longis literis. Ita vinariorum habemus nostrae delectum domi.* Horat. sat. I 10, 23 *at sermo lingua concinnus utraque suavior, ut Chio nota si commixta Falerni est*; cfr. Carm. III 21, 1. Petron. 34 *statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM* cfr. Plin. H. N. XIV 94. Iuv. V 30 *cras bibet Albanis aliquid de montibus aut de Setinis cuius patriam titulumque senectus delevit multa veteris fuligine testae.* Galen. de antid. I 5 ἔγωγέ τοι τῶν οἴνων τῶν Φαλερίνων ἑκάστου τὴν ἡλικίαν ἀναγινώσκων ἐπιγεγραμμένην τοῖς κεραμίοις κτἑ. vd. Becker-Marquardt *R. A.* V 2 p. 72sq. Sic consules a. 107 a. Chr. leguntur in titulo minio scripto amphorae Lepti repertae, nunc Londinii in museo asservatae L·CASSIO || C·MARIO || COS Ellis *the British Museum* I 153; Henderson *history of wines* p. 54 (sed quam frustra nuper ibi quaesivit Hübnerus). Inter amphoras Pompeianas non amplius decem vel undecim (n. 2551—2561) consules inscriptos habent; aliquanto saepius vinorum nomina occurrunt: *Coum* 2565, *Falernum* n. 2565*a*. 2566, *Faustianum* n. 2553, *Fundanum* n. 2552, Καπυανός (?) n. 2827. 2833, *Lunense* n. 2599. 2600. 2601, Λύκιος (?) n. 2842, *Mesogiten* (?) n. 2602. 2603, *Setinum* (?) n. 2617, *Surrentinum* n. 2555. 2556. 2561, *Tauromenitanum* n. 2618, *Vesvinum* n. 2557—2559, denique *rubrum vetus* n. 2616.

In aliis amphoris vasisque similibus haud ita paucis non vina sed alias res asservatas fuisse, ipsis inscriptionibus edocemur, velut n. 2562 continuit fortasse *cerasa* (?), n. 2567 *far*, n. 2568 *ficos*, n. 2588—2596 *liquamen*, n. 2597 *lomentum*, n. 2604—2608 *molam*, n. 2610 *olivas*, n. 2613. 2614 *psilothrum*. Titulum huc spectantem apud Renierum *Inscr. de l'Algérie* n. 4111 indicavit mihi amicus O. Hirschfeld idemque docuit quae ibi v. 21 in lege portus maxima leguntur CARIAMP· non ut Reniero placuit cariotae amphoras esse, sed amphoras gari. Urceos vero (2563. 2569—2681. 2586. 2587. 2590—2595. 2609. 2623. 2820) omnino non adhibitos esse ad vinum condendum et per se consentaneum est et eorum inscriptionibus confirmatur, in quibus cum nulla extet vini certa significatio, extant crebrae aliarum rerum mentiones velut *liquaminis, gari, muriae.*

Magis ambigua est hominum ingenuorum quae in his titulis leguntur, nominum explicatio; e quibus quae secundo casu posita sunt (2574. 2575. 2576. 2579—2581. 2585. 2587. 2588. 2599. 2600. 2601. [2622.] 2629. 2635. 2636. 2637. 2649. 2650. 2655. 2656. 2663. 2665. 2669. 2687. 2841. 2851. 2853sqq.), ea tantum non omnia sive mercatorum sive eorum esse censuerim, qui vinum garum liquamen oleum cet. fecerunt. Solebant scilicet vina in amphoras diffusa vendere. Procul. Dig. XXXIII 6, 15 *vinum in amphoras et cados hac mente diffundimus ut in his sit donec usus causa probetur* (prometur Cuiacius obs. II 36); *et scilicet id vendimus cum his amphoris et cadis; in dolia autem alia mente conicimus, scilicet ut ex his postea vel in amphoras et cados diffundamus, vel sine ipsis doliis veneat.* Cfr. ibid. 16 *vinum amphorarium.* Atque hos mercatores vasis nomina sua inscripsisse testantur et tituli n. 2572. 2574. 2577. 2579. 2625 facta officinae mentione, et Plauti versus supra adscripti, ubi cum *vinariorum delectus* ad mercatores potius quam ad vasa spectare videatur, *nomina cubitum longis literis* ipsorum mercatorum esse existimanda sunt. Neque dubito quin eorundem mercatorum magna pars sit ex eis nominibus quae per compendium scripta cum rerum in vasis asservatarum significatione coniuncta sunt, veluti in n. 2597. 2604. 2604*a*. 2605. 2607. 2608. 2610. 2613. 2614 cet. Leguntur praeterea in titulis quos infra exhibui 2585. 2588. 2598. 2599. 2600. 2636 et in eo quem Gorius edidit in praefatione ad Don. p. LXXXIII nomina nominumve vestigia a dextra oblique adscripta quae haud scio an ad fundorum dominos spectare possint; servilia non esse vel ex exiguis illis vestigiis apparet.

Alia ratio est nominum tertio casu positorum (2565. 2626. 2628. 2638. 2640. 2648. 2653. 2658. 2660. 2670. 2671. 2686. 2837—2840). Inter quae multa sunt, quae utrum tertio an sexto

casu posita sint non liqueat, nullum in quo sextus casus pro certo agnoscatur. Iam haec quoque nomina tutissimum videtur ad dominos referre quibus vina in vineis vel officinis facta inscribuntur. Quamquam potuerint sane etiam eorum esse, ad quos amphorae Pompeios aliunde missae erant; etenim ut epistolae eis inscribebantur ad quos datae essent, ita in mercibus idem fieri debuit. Cum utraque explicatione bene congruit quod quae in n. 2626. 2658. 2660 nomina legimus, manifesto Pompeianorum sunt, quodque alia complura ad celebres Pompeiorum gentes pertinent. Servorum denique nomina (2576. 2633. 2642. 2643. 2647. 2662? 2666. 2677) sive cum ingenuorum nominibus coniuncta sive sola posita quid sibi velint per se patet. Nam ut in vasis fictilibus haud raro praeter figulum ipsum etiam servum adscriptum videmus qui vas confecerit (cfr. n. 2797), interdum etiam servum solum (cfr. n. 2777. 2779): ita in aliis quoque officinis idem factum esse cum per se probabile est, tum apparet ex titulis n. 2576. 2643 aliis.

Difficilior quaestio est de numeris aliisque notis quarum frequens in his titulis usus est; quae cum vix semel iterumque ita conservatae sint ut de lectione omni ex parte constet, interpretatio per se difficillima plerumque ne certo quidem fundamento nititur. Iam numerorum non omnium eandem significationem esse, vel inde patet quod alias aliae notae praecedunt. Inter quas quae sunt ꟼ et ꟼOꟼ (2613. 2614. 2615. 2635. 2670? 2772. 2818) quamquam certam ac stabilitam explicationem reperire non contigit, quo tamen spectare videantur infra dixi ad n. 2613. Aliquanto certius iudicari potest de duabus litteris quae in uno vase (n. 2570) solae, in aliis initio inscriptionis sive aperte leguntur (n. 2571—2576) sive probabili coniectura restitui possunt (2577. 2578. 2580). Titulis enim iterum atque iterum diligenter examinatis non iam dubito quin tractus illi, licet paullum inter se diversi, omnes tamen nihil sint nisi litterae singulares GF; quae cum in n. 2572 puncto distinguantur, pro duarum vocum compendio habendae sunt. Iam vero in n. 2575. 2576 has litteras sequitur vox quae est *scombr...*, ex quo pisce garum celeberrimum factum esse constat; ita ut G littera hoc ipsum garum significari veri sit simillimum. Quod si statuimus, littera F, quae eadem legitur in titulo n. 2588 *liq(uamen) f*, epitheton aliquod indicari existimandum est, velut *factum* vel aliud simile. — Extant praeterea in amphoris plurimi numeri carbone scripti (2679—2683. 2742—2752. 2754—2759. 2761—2764. 2767); qui cum omnes in vasis prope eiusdem magnitudinis eiusdemque formae legantur neque umquam additam habeant neque fracti numeri notam neque aliud quidquam praeter litteras singulas (A B C D G H? P), ordinem indicare videntur quo amphorae in apothecis vinariis dispositae erant. Cui sententiae ne hoc quidem adversatur quod in aliis littera C (2742. 2743. 2745—2747), in aliis (2679—2683) duae tresve litterae PV[C] rubro adpictae sunt; quae si quid video notae sunt nominis possessoris. Aliud genus est eorum numerorum quibus numeri fracti nota addita est (XIIIIS 2585, VIIIS 2600, XXXIIXS 2770, accedunt X 2599, V 2601, fortasse etiam n. 2655). Ex quibus quattuor illi qui sunt in n. 2585. 2599. 2600. 2601 cum Fiorello teste (*giorn.* I p. 26) ad vasa eiusdem magnitudinis pertineant, ne possunt quidem mensurae notae esse, ideoque indicant fortasse pretia. De notis tituli n. 2603 (AM·XVIII) dixi in adnotatione. Quomodo vero quae in quattuor inscriptionibus 2585. 2599. 2600. 2601 repetuntur, AIIIIR explicanda sint, non video; visuros spero me acutiores. Denique numerus LXXX, qui in tribus amphoris 2596, 6. 2636, 5. 2637, 5. 2669, 5 eodem fere tituli loco scriptus extat atque in duabus aliis 2637, 5. 2655, 5 e vestigiis quae supersunt, restituendus videtur, quid significet Mommsenus perspexit collato Festi loco p. 246, 3 Müll. *quadrantal* (= amphora) *vini octoginta pondo siet* et titulo congii Farnesiani ubi similiter legitur P·X. Ceteras notas quae aut facile explicantur aut omnino non intelleguntur, hic singulas persequi longum est.

Ad aetatem titulorum accuratius definiendam litterarum forma nihil fere confert; quarum cum aliae simillimae sint litteris programmatum recentiorum, aliae propius accedant ad titulos graphio in tectorio scriptos, ad unum omnes produnt aetatem Augusto posteriorem; nisi forte antiquiora putanda sunt ea quae in amphora n. 2682 graphio scripta extant; de qua re iudicium ferre non audeo. Eidem aetati hoc quoque convenit quod oscae linguae in his titulis vestigium reperitur nullum et quod e consulibus ibi commemoratis antiquissimi sunt anni p. Ch. (16?) 25.

Restat ut pauca addam de ratione qua in edendis his titulis versatus sum. Atque in eis quidem qui aetatem tulerunt, ante omnia operam dedi ut quidquid etiamnum scripturae extet, id accuratissime repraesentarem; in quo negotio spero fore ut cum diligentia versatus esse iudicer veniamque impetrem ab eis qui rei difficultatem norint, si in interpretatione interdum erravi frustraque saepe laboravi. Titulos vasorum quae Pompeis extant, autumno anni 1866 descripsi, descriptos nuper denuo cum vasis ipsis contuli, collatos iterum magna ex parte retractavi. Qua in re plurimum me adiuvit E. Bormanni amicitia, qui dum una Pompeis commoramur longe maximam vasorum partem mecum examinavit. Asservantur autem alia in templo quod dicitur Mercurii, alia in museo, alia longeque plurima in ea parte thermarum prope forum sitarum, quae mulierum usui destinata fuisse creditur. Nonnulli praeterea vasorum tituli extant inter inscriptiones et opera plastica musei Neapolitani, quorum tres descriptos habui a Mommseno, duos charta perlucida exaratos ab amicissimo Iulio de Petra, omnes ipse nuper vel contuli vel descripsi. Quae praeterea reperiuntur amphorae per cavaedia eiusdem musei dispositae, per longam annorum seriem ventis imbribus sole ita vexatae sunt, ut si quae in eis fuerunt inscriptiones, hodie certe non iam legantur. Hos thesauros Neapoli Pompeisque coacervatos ut perscrutari atque iteratis curis pertractare liceret, factum est eximia Iosephi Fiorelli liberalitate.

Quicunque ex titulis illis lectu difficiliores vel ad typorum rationem minus adcommodati viderentur, eos delineatos Zangemeistero tradidi in tabulis repraesentandos. In tabula ultima, quae numeri nota caret, praecipuas vasorum formas ita delineavi, ut singularum formarum singula exempla ad eundem modulum redacta diligenter exprimerem. Ad huius igitur tabulae figuras appositis ad vasorum nomina notis numeralibus Romanis lectorem relegare, quam inutili vasorum descriptione fatigare malui. Ceterum vix est quod moneam singulis vasis in tabula delineatis vasa quae dico eiusdem formae, non omnibus numeris paria sed similia esse ac praesertim magnitudine multum saepe ab eis differre. — Editi ex his titulis nec multi sunt et magna ex parte parum diligenter descripti. Ne Actorum quidem magnus fructus est; quae qui composuerunt, initio multos, hoc saeculo paucos, omnes ita descripserunt ut pro ineditis sint. Nuper demum Wordsworthius, Avellinus, Garruccius, Falkenerus, Mommsenus, Minervinus, Guidobaldus, Henzenus nonnullos, plures Fiorellus diligenter descriptos ediderunt. Titulorum editorum conspectum ab ipso confectum Zangemeisteri voluntati debeo, ex quo eis quae ipse collegeram, nonnihil accessit supplementi. Idem titulos ex eis libris quibus Romae caremus transscriptos transmisit addiditque duas inscriptiones quas Mommsenus Pompeis descripsit, et apographum eorum quae idem Mommsenus ex ipsis Actis excerpsit ad hoc genus inscriptionum pertinentia. Haec in titulis exprimendis ubique secutus sum ad-

scripta ex Actis impressis lectionis varietate; ubicunque nihil adnotavi, Mommseni excerptorum cum Actis editis consensum intellegi volo. Descriptionem vasorum ex eisdem editis Actis ubique sumptam esse moneo.

Disposui titulos ita ut initium caperem ab eis qui consules adscriptos habent (2551—2561), deinde adderem eos in quibus vini liquaminis aliarum id genus rerum nomina extare sive certum est sive probabiliter conicere licet (2562—2625); sequuntur qui nomina hominum ingenuorum et servorum (2626—2688) nominumve notas continent (2689—2740), deinde ei in quibus nihil legitur nisi numeri, singulae litterae, aliae notae significationis incertae (2741—2775); quibus inserui etiam mutilos et male descriptos. Subiunxi deinceps graphio exaratos (2776—2813). Ad calcem denique addidi graecos (2814—2880) a latinarum inscriptionum corpore alienos, sed qui non sine rei detrimento incommodoque lectoris a latinis seiungi viderentur.

I.

CONSVLES.

2551 In fragmento amphorae reperto 1867 mense Iulio in peristylio aedium *Strada Stabiana* n. 24 albo colore scriptum; extat in thermis.

C·POMPONIO·C·ANICIOCOS a. p. Ch. 16? 65?
EX·FVNL· BADIANO
BISF · ID · AVG · BIMVM

Descripsi.

2 legi poterat etiam FVNL· sed non dubito quin fuerit FVNDo. — 3 tertia littera S mihi visa est ex F correcta.

Consules cuius anni sint nescimus. Novimus sane consulem suffectum a. p. Ch. 65 *Anicium Cerialem* (Tac. Ann. XV 74) de cuius collega nihil traditur. Hunc eundem esse posse atque C. Anicium huius tituli vidit Mommsenus idemque addit admissa hac coniectura collegam eius C. Pomponium patrem fuisse videri illius C. Pomponii cuius consulatum (Grut. 67, 3) Borghesius *Oeuvres* V p. 524sqq. ad Vespasiani vel Domitiani aetatem spectare statuit. Audaciore coniectura titulus ad a. p. Ch. 16 revocari potuerit quo C. Pomponium Graecinum consulem suffectum fuisse docuerunt Henzen *Ann. dell' Inst.* 1855 p. 12, Borghesi ib. p. 16; cfr. Renier ad Borghesi *Oeuvres numism.* II p. 26 n. 2. Inde correcti sunt fasti Antiatini C. I. L. I p. 475 XIV, Orelli 6442 ubi haec sunt:

a. p. Ch. 16.	SISENNA·STATILIVS·TAVRVS·L·SCRIBONIVS
	SVF·C·VIBIVS·LIBO·C·POMPEIVS·GRAECINA
17.	C·CAELIVS·L·POMPONIVS·FLACCVS
	SVF·C·VIBIVS·MARSVS·L·VOLVSEIVS·PROCVL

Horum fastorum sive auctorem sive quadratarium in collega quoque Pomponii Graecini errasse iam Borghesius statuisse credendus est quippe qui C. Vibium Libonem, ceteroquin, quod sciam, ignotum, in fastis consularibus omiserit, permotus sine dubio nominum eius ratione quae e cognomine L. Scribonii consulis ordinarii eiusdem anni et e praenomine et nomine C. Vibii Marsi consulis suffecti anni sequentis conflata viderentur. Iam si probare possem quod probare nequeo, C. Vibium Libonem recte a Borghesio expunctum esse, nihil obstaret quominus C. Anicius in eius locum succederet. Ut nunc res est, in Mommseni sententia acquiescendum videtur. — Fundus Badianus (cfr. ad n. 2556) haud scio an pertineat ad gentem Pompeianam: Badium Primum novimus e titulo Pompeiano I. N. 2277. — v. 3 indicari videtur, Id. Aug. vinum cum iam duorum annorum esset, in amphoras diffusum esse, cfr. Hor. Carm. III 8, 9sqq.; sed *bis f.* quid sibi velint non assequor. An corrigendum DIFF*usum*? praesertim cum tertia littera utrum F an S sit non liqueat. Littera F simili loco recurrit n. 2561, 3.

2552 In amphora WORDSW.

*cn. len*TVLOMASINIOCOS p. Ch. 25
FVND

Descripsit Wordsworth p. 29 (inde Guarini *in cippum osco-abell.* p. 56 n. 4 *fasti* ed. II p. 180 n. 18; *B. N.* 1853 p. 88); qui attulit Mart. XIII 113 *Haec Fundana tulit felix autumnus Opimi.* Cfr. praeterea Plin. H. N. XIV 65 *iuncta his* (sc. vinis Statanis) *praeponi solebant Calena et quae in vineis arbustisque nascuntur Fundana*; Strab. V p. 234 *πάντες δ' εἰσὶν οἱ τόποι οὗτοι σφόδρα εὔοινοι· ὁ δὲ Καίκουβος καὶ ὁ Φουνδανὸς καὶ ὁ Σητῖνος τῶν διωνομασμένων εἰσίν*; Ath. I p. 27 A *ὁ Φουνδανὸς εὔτονος πολύτροφος, κεφαλῆς καὶ στομάχου ἅπτεται.*

2553 In amphora (XII) rubro scriptum; extat in thermis.

FAVS
TI·CLAVDIOIIII
COS p. Ch. 47
L·VITELLIOIII

Descripsi. — Fiorelli *giorn.* 3. 4. p. 84.

1 FRVT Fior. — *Faus(tianum)* vinum optimum genus Falerni fuisse novimus e Plin. H. N. XIV 62; cfr. Fronto de fer. Als. III p. 207 Mai p. 135 Nieb.

Eandem vel similem amphorae inscriptionem *en petits caractères rouges* male descriptam sic edidit Breton *Pompeia* p. 313: TI·CLAVDIVS CAESAR || SIN·CANVTIVS COS.

2554 In amphora (XII) albo colore scriptum; extat in thermis.

NERONE·III·CoS p. Ch. 58.
MV

Descripsi.

2 *Mu*[*rtites*]?

2555 *Sul collo di un' anfora* GARR.

SVRR
XXI
VESPASIANO·III p. Ch. 70? 71?
ET·FILIO·C·S

Garrucci *Intorno alla leggenda Vespasiano* cet. *Napoli* 1841 (rep. in eiusdem libello *Inscriptiones veteres Reate quae extant* p. 41 sqq.) cf. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1852 p. 95 sq. Garrucci *B. N.* 1853 p. 88.

1 *Surr(entinum)* vinum inter optima habebatur Strabo V p. 243; Plin. H. N. XIV 64. XXIII 36; Martial. XIII 110; Athen. I p. 26*D*; Edict. Diocl. II 6; Procul. Dig. XXXIII 6, 16. — 3. 4 Vespasianum constat tertium consulem fuisse anno p. Ch. 71 non cum filio sed cum Cocceio Nerva; quibus eodem anno suffecti sunt Domitianus et Pedius Cascus. Hinc nata Mommseno suspicio admodum probabilis vs. 3 pro III in amphora fuisse II consulesque dici anni p. Ch. 70 Vespasianum et Titum. Quodsi Garruccius non erravit in describendo, habemus difficultatem simillimam atque qua laborat Plinii locus H. N. II 57, ubi in optimis libris haec sunt: *imperatoribus Vespasianis patre tertium filio II* vel *iterum* (*eius* Paris. 6795) *consulibus*. Quam difficultatem Garruccius, cui adstipulari videtur Borghesius in Fastis, sic tollere studuit ut statueret Domitianum mense Martio, quo facta sunt quae Plinius l. l. refert, suffectum esse Cocceio Nervae et postea demum ipsi Vespasiano successisse Pedium Cascum; ita ut re vera Vespasianus per breve tempus filium collegam haberet. Probabilius Henzenus supposuit, et Plinium et tituli nostri scriptorem neglegentia quadam consules adscripsisse qui ad eundem annum pertinerent licet non eodem tempore fasces gessissent. Apud Plinium *II* vel *iterum* delendum esse manifestum est.

2556—2559 In quattuor amphoris (XII) 1866 repertis in domo viae quae dicitur amphitheatri *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 86; extant in thermis.

2556 SVR·FABIAN·
IMP·VESP·IVC·S p. Ch. 72.

Descripsi.

Sur(rentinum) Fabian(um) i. e. nisi fallor *in fundo* vel *pago Fabiano natum* cfr. Julian. Dig. XXXIII 6, 5 *cum certus numerus amphorarum vini legatus esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset et minus natum esset, non amplius deberi placuit*; cfr. Plin. H. N. XVII 250.

2557 VESVINI
IMP·VESP·VI·C·S p. Ch. 75

2558 VESVIN
I////·VESP·VI·C·S

2559 VESVVINI
IMP·VESP VI·C·S·

Descripsi.

Vesvinum sive *Vesuvinum* est vinum in monte *Vesvio* sive *Vesuvio* natum, fortasse idem quod Plin. H. N. XIV 70 *Pompeianum* dicit. De duabus nominis formis cfr. locus Galeni X 123 (X 364 Kühn) quem L. Dindorfius affert in Thesauro: ... *λόφος ἕτερος οὐ μικρὸς ὃν ἔν τε τοῖς συγγράμμασιν οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι καὶ τῶν νῦν οἱ ἀκριβέστεροι Βεσούβιον ὀνομάζουσι· τὸ δ' ἔνδοξόν τε καὶ νέον ὄνομα τοῦ λόφου Βέσβιον ἅπασιν ἀνθρώποις γνώριμον κτέ.*; cfr. gens *Vesvia* n. 52. 71. sive *Vesbia* n. 19.

2560 In amphora (V) atramento scriptum; extat in museo Pompeiano.

Y
ΤΑΜΠΙΟΥ
ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥ
ΠΟΜΠΕΙΟΥ
ΣΙΛΟΥΑΝΟΘΥ
B

Descripsi. Ed. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 217 ex apographo Kiesslingii; Fiorelli *Giorn. degli scavi* 8. 9. 10 p. 399; 15 p. 96.

5 ϴ ex alia inscriptione superest.

Consules sunt anni incerti, nisi quod anno Pompeiorum ruinae p. Ch. 79 priores sunt annoque p. Chr. 74 posteriores eos esse probavit Henzenus. Idem docuit litteram B quae in fine legitur, ad utrumque consulem spectare.

2561 In fragmento amphorae (X?) albo scriptum; extat in thermis.

SVFF////
CRII////BI////
///F PR·IDVS///
IVN
VF///.INIO·ET·RE

Descripsi. 1 fortasse *Surr[entinum]* — 3. 4 fortasse *[dif]f(usum) pr. idus Iun(ias)*; vd. ad 2551, 3. — 5 De consulibus a. p. Chr. 63 (*L.*) *Verginio* (*Rufo*) *et* (*C. Memmio*) *Re[gulo]* propter nominum rationem cogitari vix potest.

II.

2562 In amphora (IV) rubro scriptum; extat in thermis.

CER·ALIS////
XLVII/////

ab altera parte:

XXVII///

Descripsi. Tab. XLII 6.

1 Cogitavi de *cer(asis) alb(is)*; fortasse vero in ultimis tribus litteris aliud adiectivum latet. [*Cerialis?* E. H.]

2563 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in thermis.

CLE
///NM OTCC MFAFF//

Descripsi. Exiguas reliquias dedi in tab. XLV 7. In fine fortasse legendum *ex[o]ff(icina)*.

2564 *In una idria alta pal. 3 ed on. 10 scritto in nero* ACTA.

CLOD
FLACTAVR
ECH

Acta 31 Iul. 1773; La Vega in Actis Fior. I 2 p. 131, 29 Iul. 1773. — 2 FLACTAVR Acta Fior. FLACDCVR La Vega.

2565 *Anfora con la seguente iscrizione in nero* FIOR. *sul collo* add. MIN.

COVM GRAN
OF
ROMAE A.ERIO FELICI

Fiorelli *Giorn.* 2 p. 48; 8. 9. 10 p. 345; Minervini *Bull. Ital.* 1861 p. 92. Exhibui prius exemplum Fiorellianum.

3 ROMAE·A··ERIO·FELICI Fior. (8. 9. 10 p. 345) ROMAE ATERIO FELICI Min.

Vinum *Coum* aut de eo dictum est quod e Coo insula proveniebat (Plin. H. N. XIV 78) aut de vino Italico quod variis condimentis illi simile reddebant: Cat. de r. r. CXII; Plin. H. N. XIV 79. — *Gran(atum)* interpretatus est Fiorellus, vinum scilicet granato conditum. At *granatum* num sic intellegi possit, valde dubito. Interpretor potius *Coum Granianum* ut n. 2556 *Surrentinum Fabianum*. — *Gran(ii)* vel *Gran(iana) of(ficina) Romae* Minervinus, vix recte. — 3 *Aterio Felici* interpretatus est Fiorellus, scripsit Minervinus. Equidem praetulerim [*V*]*alerio Felici* coll. n. 2669. 2670; cui lectioni prius exemplum Fiorellianum ceteris accuratius descriptum non repugnare videtur.

2565 *a* In amphora (X) rubro colore scriptum; extat in *casa del Laberinto.*

B
FAL
..VSL
.....T

Descripsi.

2 *Fal(ernum).*

2566 *Anfora in minuti pezzi; sul collo* ACTA.

VI
FAL XX

Acta 16 Jun. 1858.
Fal(ernum)?

2567 In fragmento vasis fictilis atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

FAR
CISSI

Descripsi. Tab. XLIV 2.

Titulus manifesto integer est. Cogitandum de farre facticio cfr. Cato r. r. CXLIV 3; Schneider ad Colum. VIII 5, 23.

[*Cissus* cognomen est, Graecum κισσός. E. H.]

2568 In parva amphora atramento scriptum; extat in thermis.

FIC·RIBE
INUFU///
///C·C·UEPI///

Descripsi. Tab. XLIV 3.

Amphora *ficos* continuisse videtur, quas *in fictile condi* dicit Pallad. IV 10, 34; *vasa ficaria* Fest. p. 181, 30 Müll. cfr. Cato de r. r. 99; Plin. H. N. XV 34.

2569 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in templo quod dicitur Mercurii.

ɑλR·CAST

Descripsi.

Legendum fortasse [*g*]*ar*(*um*), praesertim cum vas cui haec inscripta sunt, vinarium non sit. Ad CAST cfr. Plin. H. N. XXXI 95 *aliud vero* (sc. garum) *castimoniarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus.* Pallad. III 25, 12 *liquamen de piris castimoniale sic fiet*; quamquam ibi de lectione non constat. Cfr. n. 2609. 2611. 2624?

[Londinii in museo Britannico inter res antiquas collectas a Guilelmo *Temple*, oratore quondam Britannico Neapoli, quas Pompeiis provenire maxima ex parte certum est, extat urceus (VI), in quo litterae hac atramento scriptae clare apparent:

GAR CAST

Descripsi ibi a. 1866, diu antequam eundem titulum extare in amphoris Pompeianis cognoveram. E. H.]

2570—2581 Tituli sunt urceorum qui garum continuisse videntur; de quibus supra dixi in praefatione p. 172.

2570 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

GF

Descripsi. Tab. XLVI 10.
G(*arum*) *f*(*actum*).

2571 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

GFPERSE

Descripsi. Tab. XLIII 13.

g(*arum*) *f*(*actum*) *per se.* Tertiam litteram P potius quam C esse Mommsenus vidit, qui *garum per se* id esse existimat cui nihil aliud admixtum est. Videtur opponi oxygaro, oenogaro, hydrogaro aliis. Mart. III 50, 4; Athen. IX 366 C ὁρῶ δὲ καὶ μετ᾽ ὄξους ἀναμεμιγμένον γάρον· οἶδα δὲ ὅτι νῦν τινὲς τῶν Ποντικῶν ἰδίᾳ καθ᾽ αὑτὸ κατασκευάζονται ὀξύγαρον. Petron. 36 *garum piperatum.*

2572 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in thermis.

G·F·PEASE
IEX ////PFIC _/////λ /////λ

Descripsi. Tab. XLII 4.

1. 2 *g*(*arum*) *f*(*actum*) *per se ex* [*o*]*ffic*(*ina*) [*Sc*]*a*[*u*]*r*(*i*)?

2573 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

GFPEλSE
MN//////ICIA·FORTVNATA

Descripsi. Tab. XLV 10.

2 *ab Umbricia Fortunata?* cfr. ad n. 2594.

2574 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in thermis.

a

CFSC//M///
AVMBRICI///AVR
EXOFFICINA//////////

b

GFSC//M////
SCAVλI
AVMBRICSCAVA
FXOFFICINλ///λ

Descripsi. Tab. XLIII 1 a, b.

a. *G*(*arum*) *f*(*actum*) *sc*[*o*]*m*[*br*....] *A. Umbrici* [*Sc*]*aur*(*i*) *ex officina* [*Scau*]*r*(*i*).

b. *G*(*arum*) *f*(*actum*) *sc*[*o*]*m*[*br*...] *Scauri A. Umbric*(*i*) *Scaur*(*i*) *ex officina Sc*[*au*]*ri.*

De *scombro* pisce vd. ad n. 2576. — a 2 et b 3 Extat Pompeis *A. Umbrici Scauri* titulus sepulcralis (I. N. 2339) a patre cognomini positus; quorum ad alterutrum hi quoque tituli et similis n. 2587 referendi videntur. Quod autem hoc garum Pompeis ipsis factum esse apparet bene congruit cum eis quae Plinius refert H. N. XXXI 94 *laudantur et Clazomenae garo Pompeique et Leptis.* De genetivo qui est *Scauri b* 2 vd. ad n. 2576.

2575 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in museo Pompeiano.

GFSCOM
SCAU

Descripsi. Tab. XLIV 9.

g(*arum*) *f*(*actum*) *scombr... Scauri* cfr. ad 2576.

Haud scio an hic sit titulus ille atramento scriptus in *un anforetta ad un manico alta pal. 0,88* qui in Actis 14 Mai 1861 apud Fiorellum *Giorn.* 8. 9. 10 p. 383 sic legitur:

FSCOMB....
IIEMIXI

2576 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in museo Pompeiano.

ΓFSCOMBR
SCλVRI
λBEVTVCH·SCAVR

Descripsi. Tab. XLV 3.

G(*arum*) *f*(*actum*) *scombr*(...) *Scauri ab Eutyche Scauri.* — *Scombr...* referendum ad scombrum piscem, e quo optimum gari genus fiebat. Plin. H. N. XXXI 94 (garum) *nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis spartariae cetariis; sociorum id appellatur.* Martial. XIII 102 *Expirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fastosum, munera cara, garum.*

Vs. 2 *Scauri* (cfr. n. 2574. 2575. 2579. 2581) non pro eo dictum esse quod legitur n. 2574. 2777. 2625 *ex officina Scauri*, inde colligitur quod in duobus titulis 2574. 2579? praeter hunc genetivum additur etiam alterum illud *ex officina Scauri.* Fortasse cogitandum de peculiari gari genere quod a Scauro nomen traxerit.

2577 In urceo (VI) parvo atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

CESCOMBI
ON
CFFICINN///CAVN

Descripsi. Tab. XLIII 6.

1 *g. f. scombr..* — 3 (*ex*) *officina Scaur*(*i*) cfr. n. 2574. 2625.

2578 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in thermis.

////ꟷSCOM
M////NM)ΛEĿIA \

Descripsi. Tab. XLV 5.
1 [*g.*] *f. scomb(r...)* — 2 eadem legere mihi videor quae n. 2594 *ab Umbricia....*

2579 In urceo (VI) parvo atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

sco ////MBR
sc ///ΛVR/
EXOFFICIN//// YTT////
PRIMVN.

Descripsi. Tab. XLIV 5.
3 ultimae litterae nomen *Scauri* admittere vix videntur.

2580 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

I/// ///R////I///
BR
PRIMVM
///YRI
5 M//ΛΛGAIH////IL

Descripsi. Tab. XLIII 4.
vss. 1—4 sic restitui possunt: *Garum.... scombr... primum* (cfr. ad n. 2595) *Scauri.* — vs. 5 nomen virile continuisse videtur; gentile deletum est; cognomen *Agathi* fuisse crediderim. [*Archagathi?* E. H.]

2581 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in thermis.

SCOM/R
SCAVI
P\T XVV

Descripsi. Tab. XLII 2.
1. 2 ...*scom*[*b*]*r... Scau*[*r*]*i.*

2582 In fragmento amphorae nuper in peristylio domus viae quae dicitur Amphitheatri effossae (cf. *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 86) atramento scriptum; extat in thermis.

RCHO
CEMINVS

Descripsi.
(*G*)*eminus?* cfr. ΓΕΜΕΛΛΟΣ n. 2676.

2583 In amphora (X) mense Junio 1867 in peristylio domus n. 24 viae quae dicitur *Strada Stabiana* reperta atramento scriptum.

IN·VSSVS
C·C·H

Descripsi.
1 punctum non satis certum est.
2 *C. C(orneli) H(ermerotis)?* coll. n. 2588.
Hoc titulo nuper Mommsenus in animadversionibus ad capita duo Gelliana (Symbolae a professor. Berolin. Bethmanno Hollwegio oblatae p. 83 sqq.) usus est ad illustrandum locum Pauli in Dig. XXXIII 9, 4 § 2 quem collato simili loco Gellii IV 1, 23 sic constituit: *si quis solitus fructus suos vendere penum legaverit, non omnia quae et promercii* [*et usus*] *causa habuit, legasse videtur, sed ea sola quae in penum sibi separabat; quodsi promiscue uti solebat, tunc quantum ad annuum usum ei*[*us*] *sufficeret familiaeque eius ceterorumque qui circa eum sunt, legato cedet. Quod fere, inquit Sabinus, evenit in personis mercatorum aut quotiens cella est olei et vini quae venire solebant, in hereditate relicta.* De titulo Mommsenus l. l. p. 97 haec dicit: 'is igitur Hermeros sive quo alio nomine fuit, videtur fuisse ex numero eorum qui secundum ea quae modo attulimus ex Sabino, cum vinum similiave vendere solerent, non promiscue adservarent, sed in penum sibi separarent; scilicet inscripsit amphoris domesticae penoris praeter nomen *in ussus.*'

2584 In amphora (XIII) reperta cum n. 2590. 2591. 2625. in triclinio domus quae dicitur Lucretii (in vestigio apud Bretonem *Pompeia* p. 318 n. 32) atramento scriptum FALK.

KOR OPT

Ab altera parte rubro pictum:

exemplum typis expressum	exemplum delineatum
...ΑΘΑΛ...	..ΑΘΛΑΛΕ
...Ρ.Ι..Ι...	ΙΕΠΡΤΙΝΙΟΥ
ΜΗΝΟΔΟΤѠΙ	ΜΗΝΟΔΟΤѠΙ

Falkener *Mus. of class. ant.* II p. 79 (inde Minervini *B. N.* 1855 IV p. 85 et Jahn *Berichte d. sächs. G. d. W.* 1857 p. 198 n. 42) bis exhibuit.
1 *the letters* KOR *being nearly effaced* Falk. — *Kor(cyraeum) opt(imum)* Minerv. coll. Jahn l. l. 1854 p. 34 sq. — 2. 3. 4 ἀμφ. ΔΔΔΙΙ Σεπτιμίου Μηνοδότου Minerv. 3. 4. Στερτίνιος Μηνοδότῳ Jahn. l. l. 1857 p. 199.

2585 Amphorae (VII) quae una cum n. 2599—2601 reperta est (FIOR.) atramento inscriptum; extat in thermis.

LIME///VE
ΛIIIIΛ
XIIIIS
M·VALERI·ABINNERIC
CORNELIIS

Descripsi. Tab. XLII 1. Fiorelli *Giorn.* 1 p. 26 n. 4.
1 LIME·VET Fior. — 2 AIIIIR Fior. — 4 M·VALERI·ABINNERICI Fior.; mihi utrum ABENNERIC an ABINNERIC scriptum esset, non liquebat. — 5 CORNELIA Fior.
Fiorellus sic interpretatus est: *Lime(nse) vet(us) a(nnorum) IIII· r(ubrum)*; v. 3 pretii notam esse credidit. Ego de *liquamine* cogitaveram; vereor tamen ne in Fiorelli lectione licet obscura acquiescendum sit; vd. ad 2636, 1. 4 [*Abinnaei?* E. H.]

2586 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in thermis.
in collo: ViTK
infra: LIQVILOTINOS
Descripsi.
2 *liqu(amen)....* cfr. ad 2589.

2587 In urceo (VI) reperto Pompeis d. 6. Dec. 1819 (ut apparet e schedula urceo affixa) atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

LIQVAM
////_VAMRICISCAVRI

Descripsi. Tab. XLV 9.
liquam(en) [*A.*] *Um*[*b*]*rici Scauri* coll. n. 2574 et ad n. 2589.

2588 In amphora (XIV) atramento scriptum; extat in thermis.

LIQF///
EXCL
SCOM
C·CORNELI·HERMEROTIS
5 M/
DEDOMITII

Descripsi. Tab. XLVI 7.
liq(uamen) [vd. ad n. 2589] *f(actum)* [vd. p. 172] *exc(e)l(la)* [vd. ad 2596] *scom(br...) C. Corneli Hermerotis ma ...* sive *am .... de Domitii ...?* Ad vs. 2 cfr. titulus amphorae a Gorio expressus in praef. ad Don. p. LXXXIII aliusque apud Labum *Mus. Mantov.* II 57 plenius editus a Montio *Storia antica di Como* inscr. n. 206.

2589 In amphora WORDSW.

LIQUΛMEN
OPTIMUM

Ed. Wordsworth p. 30 ligno incisum.
1. 2 *Liquamen optimum* cfr. Veget. art. veter. V 67, 4 ubi *liquaminis optimi hemina* est pro eo quod legitur in Hippiatr. p. 77 ἡμίνα γάρου καλοῦ. Cael. Aurel. chron. II 1 *inicimus aliqua ex acrioribus ut aquam salsam vel marinam vel garum quod appellamus liquamen ex pisce siluro confectum.* Edict. Diocl. III 6 *liquamen primum.* Apicius II 2 *mittis liquaminis optimi calicem.*

2590. 2591 In duobus urceis (VI) atramento scriptum; extant in thermis.

2590 LIQVAMEN
OPTIMVM

2591 LIQUAMEN
OPTIMUM
C T A

Descripsi.

Videntur haec vasa eadem esse quae in domo Lucretii una cum n. 2584. 2625 reperta sunt; de quibus sic Falkener in *Mus. of class. ant.* II p. 79 (inde eadem Minervini *B. N.* 1855 IV p. 85): *in this room were found three small amphorae two of which have painted on them in black letters:* LIQVAMEN ‖ OPTIMVM. Neque diversas esse crediderim quae in Actis 22 Mai 1847 memorantur *'due anforette ad un manico'* in eadem domo repertae, in quibus atramento scriptum fuisse refertur LIQVAMEN.

2592 In urceo (VI) pusillo atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

LIQVAMEN
OPTIMVM

Descripsi.
Tab. XLIII 8.

2593 In simili urceo (VI) atramento scriptum; extat ibidem.

LIQVAMEN
TNMVM

Descripsi. Tab. XLV 12.

2 utrum [o]*ptimum* an *primum* sit non liquet; probabilius tamen hoc videtur; cfr. 2580. 2595.

2594 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in museo Pompeiano.

LIQVAMEN
OPTIMVM
A·LVMBNICI//

Descripsi. Tab. XLIV 10.

3 legendum puto *ab Umbricia* (cfr. n. 2573. 2578) ut est in titulis n. 2576 *ab Eutyche Scauri* et n. 2643 *ab Eutycho Arelli.*

2595 In urceo (VI) pusillo atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

LIV NMN
PAIMVM

Descripsi. Tab. XLV 13.

Liquamen primum cfr. n. 2580. 2593 et Ed. Diocl. III 6 *liquamen primum.*

2596 In collo amphorae (VII) atramento scriptum; extat in thermis.

LIQ\ AME///
PENVALIR
EXSCELL
MIIIIIIIVR
MAA
XXC
AACEA/ЧII//////EE

Descripsi. Tab. XLII 5.

Liquamen(?) *penua*(*rium*) *exs cell*(*a*).... (*pondo*) *XXC*.... interpretatur Mommsenus. Simillimi sunt tituli 2636. 2637. 2655. 2669 et duo a Gorio et Montio editi quos supra ad n. 2588 attuli, in quibus omnibus legitur *exs cell*(*a?*) vel similia; idem 2588, 3 sic scriptum est *ex cl.* Hoc absolute dictum esse demonstrant tituli 2636. 2637 inter se comparati, item n. 2588. — De vs. 1 vd. ad n. 2636; de numero XXC dictum in praefatione p. 172.

2597 *Picciola anfora* (II) *piena di un impasto, sul cui collo.... in nero* ACT. similiter AMIC. Extat in Museo Neapolitano inter opera plastica.

LOMENT
CN P S

Descripsi. Tab. XLIII 10. Ed. Acta et Amicone 6 Jul. 1829 male.

1 *loment*(*um*); utrum ultima nota nexus sit litterarum N et T an sola N, non liquet. De lomento vd. Plin. H. N. XVIII 117 *sequitur leguminum natura inter quae maxumus honos fabae.....; lomentum appellatur farina ea.* Apic. I 6 *lomentum ex faba factum*; cfr. Mart. XIV 60.

2598 In fragmento amphorae (VII) atramento scriptum; extat in thermis.

LVM
IIII
LXLIIIIL////
(ad latus:) FALVCOX

Descripsi. Tab. XLII 10.

2599—2601 In tribus amphoris repertis cum n. 2585. FIOR.

2599 LVN · VET
AIIIIR
X
(ad latus:) CORNELIA
M·VALERI·ABINNERICI

Fiorelli *Giorn.* 1 p. 26 n. 1 qui interpretatur *Lun*(*ense*) *vet*(*us*) coll. Plin. H. N. XIV 67 *Etruriae Luna palmam habet* sc. vinorum; cfr. ad n. 2585.

2600 LVN · VET
AIIIIR
VIIIS
(ad latus:) CORNELIA
sic
M·VALERI·ABEN*neri*CI

Fiorelli ibid. n. 2.

2601 LVN·VET
RIIIIA
V
m. val ////ERI·ABIN////*nerici*

Fiorelli ibid. n. 3.

2602 Amphorae (X) atramento inscriptum; extat in thermis.

ME

Descripsi.

ME si vini nota est, probabilius quam ad Μενδαῖον οἶνον (Steph. Byz. s. v. Μένδη; Ath. I 29 D. E. at.) refertur ad Mesogiten vd. Plin. H. N. XIV 75. Dioscor. de med. V 10; cfr. 2603.

2603 In fragmento amphorae d. 26 Mart. 1847 in cubiculo domus quae dicitur Lucretii reperto (n. 4 in vestigio apud Breton *Pompeia* p. 318) FALK.

MES
AM·XVIII

Ed. Falkener *Mus. of class. ant.* II p. 70; inde Minervini *B. N.* IV 1855 p. 85, Jahn *Ber. der s. Ges. d. W.* 1857 p. 199 n. 43.

1 *Mes*(*ogiten*)? vd. ad n. 2602. — 2 mensurae notas esse statuit Jahnius; quod valde vereor ut probari possit; neque enim vas in quo haec legebantur, duodeviginti amphorarum fuisse videtur.

2604 In amphora (XI) atramento scriptum; extat in thermis.

MOL
L C EX

Descripsi.

Mol(*a*)? quamquam de mola in amphoris doliisve asservata aliunde mihi non constat; cfr. tituli sequentes.

2604*a* In amphora (XI); extat in thermis.

atramento
MOL
M·L·CH

carbone
DV

Descripsi.

2605 In amphora (XI) atramento scriptum; extat in thermis.

MOL
L·NNF

Descripsi. Tab. XLVI 2.

2 est L·NAE vel L·NAF.

2606 In amphora (XI) rubro scriptum litteris grandibus; extat in thermis.

a M·S·T

In prima littera M minutis litteris atramento superscriptum:

b MOL
XA

Descripsi. *b* dedi in tab. XLIII 7.

2607 In amphora (XI) atramento scriptum; extat in thermis.

MOL
LPS·
rubro
PV·E

Descripsi.
3 PVC potius quam PVE esse crediderim. 2 Fortasse *L. P(opidius) S(ecundus)*, euius haec tria nomina novimus e programmatis 424. 461. 717. 720. 785*a* aliis. — vs. 3 de *P. V(ettio) C(elere)* vd. ad n. 2678.

2608 In amphora (XI) rubro scriptum litteris grandibus; extat in thermis.

a P·V·C

b infra ansam atramento scriptum

V

c ab altera parte atramento litteris minutis scriptum

MOL
L P S

Descripsi.
De nominum notis vd. ad n. 2607 et n. 2678.

2609 In fragmento urcei (VI) atramento scriptum; extat in thermis.

MVR·CAST·

Descripsi.
Mur(ia)? De *cast...* vd. ad n. 2569.

2610 *Vasetto bislungo a due manici* (I) ... *con iscrizione rossa in giro della pancia* ACT. similiter AMIC. ANN. Extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

OLIVA ALBADvLCE
P·C·E

Descripsi. Tab. XLV 1. Ed. Acta et Amicone 8 Oct. 1841; *Annali Civili* XXVII 53 p. 83 omisso vs. 2.
1 *dulce* i. e. dulce condita; Varro de r. r. I 66; cfr. Cat. de r. r. 117. 118.

2611 *Anforetta collo scritto in nero* BVLL.

PANCAST

(C. Bonucci?) *Bull. dell' Inst.* 1835 p. 129. Fortasse *[g]a[r](um) cast..* cfr. n. 2569.

2612 In amphora (VIII) atramento scriptum; extat in museo Neapolitano inter opera plastica.

a PoPAE·ONANA ////D

b ab altera parte:
M·C·D

Descripsi. Tab. XLV 11.
Quae titulo compluries retractato dispicere potui, in tabula delineata sunt. Explicatio ambigua est; cogitavi de onis Plin. H. N. XV 71 *Tarenti tantum praedulces* (sc. fici) *nascuntur quas vocant onas.*

2613 In amphorae (X) fragmento atramento scriptum; extat in thermis.

a PSILOTHRV
TOTCLIIIITXXV
C ·N .PR·

b ab altera parte:
Y O C
5 VAO

Descripsi. Tab. XLIV 1.
4 legendum ΘE cfr. n. 2614.
3 C·N·PR· notae sunt sine dubio nominis eius qui *psilothru(m)* confecit; atque in tanta psilothri generum varietate (vd. Plin. H. N. XXXII 135sqq.) non dubito quin vs. 2 itemque 2614, 3 ea significentur e quibus psilothrum quod hac amphora continebatur compositum fuerit; in alio titulo 2615 similes notae leguntur psilothri nomine non addito. Notae quae sunt T et TOT ad mensuram aliquam referendae videntur. Graeca quid sibi velint nescio.

2614 In amphora (X) atramento scriptum; extat in thermis.

ΘE
PSILOT///
APXTOTCXXTXX
C
PΘ////N P//

Descripsi. Tab. XLIII 11.
Titulus est praecedenti simillimus: 1 legendum PSILOT[HR]. — 3 C N PR.
[Prior numerus posteriori in his aliisque similibus n. 2613. 2615. 2670 ita videtur respondere ut hic sit illius pars sexta, quasi esset exempli causa *totum sextarii CXX, congii XX.* Th. M.]

2615 In vase formae quae dicitur lagoena atramento scriptum; extat in thermis.

TOT·CXXXX///AXXIIITCVL///LI//
RPPCXI

Descripsi. Tituli admodum evanidi reliquias expressas vd. in tab. XLIII 3; cfr. n. 2658 et ad n. 2613.

2616 *Nel collo di un' anfora di terra cotta* reperta *negli scavi degli ultimi mesi del 1844... in caratteri neri ... corsivi* AVELL.

RVBR
VET·V
P·CII

Avellino *B. N.* XLVI (1845) p. 84; ex *Allgem. Zeitung* 1845, 24. Jul. p. 1634 attulit Orellius in exc. ad Hor. carm. II 3, 8. Avellinus interpretatur: *rubr(um) vet(us) v(esuvianum) p(icatum)* numerosque refert ad numerum amphorarum quae idem vinum continuerint. De duabus primis vocibus dubitari vix potest, reliqua incertissima sunt; Orellius vs. 3 melius sane interpretatus est: *p(ondo) CII.*

2617 *Medio lanchelon de greda* in quo *las letras que poco se conozen:* ACTA.

CXLV VII
AVTN·IIOSDY

Acta 19. Nov. 1757.
2 SIITIN·IIOS·D·Y Act. Fior.; quod si verum est, cogitandum de vino *Setino* Plin. H. N. XIV 60; XXIII 36; Martial. XIII 12; Edict. Diocl. II 5. Cfr. praeterea n. 1293.

2618 Amphorae (XI) atramento inscriptum; extat in thermis.

TAVR
CFI

Descripsi.
1 fortasse legendum *Taur(omenitanum)* de quo Plin. H. N. XIV 66 *est in eadem Sicilia et Tauromenitanis* [sc. vinis] *honos, lagoenis pro Mamertino plerumque subditis.*

2619 In amphora (XI) quae extat in thermis, scriptum

atramento VIλ
I·L·C·λ
rubro PB·C·

Descripsi.
1 *Vir(us)?*

2620 *Anfora* reperta una cum n. 2634. 2722. 2737. 2773. 2843 *contiene in nero:* ACTA.

VIR
e sotto LN

Acta 24. Apr. 1861 in Fiorelli *Giorn.* 8. 9. 10 p. 375.

2621 *Dolio di alt. pl. 3½ con inscrizione di color nero* repertum cum tredecim aliis e quibus nonnulla item inscriptionibus insignia erant ACTA.

VR
M·M·

Acta II p. 152 (1826).

2622 *Idria* ACTA.

VR
LXVIVI
SEX λPTRIBVNJ
S·L

Acta 2 Febr. 1771.
1 VR Acta Fior. — 2 \XVSVS Acta Fior.— 1 quominus de *[s]ur(rentino)* cogites, impedit titulus quem ipse vidi n. 2675.

2623 Urceo (VI) atramento inscriptum; extat in thermis.

N/////I///\I\\1AVICI/////////

Descripsi. Tab. XLIII 5.
... *Umbrici* ...?

2624 In amphora (VIII) atramento scriptum; extat in thermis.

ΓΛ
ΛΜΝ ΛST

Descripsi. Tab. XLI 4.
1 graeca esse videntur. — 2 cfr. ad n. 2569.

2625 *Small amphora* (? haud dubie urceus erat) reperta una cum n. 2584 in domo quae dicitur Lucretii FALK.

TVSCOLA
ON
ex OFFICINA SCAV*ri*

Ed. Falkener *Mus. of class. ant.* II p. 79; inde Minervini *B. N.* 1855 IV p. 85; Breton *Pompeia* p. 327, alii.
De officina Scauri vd. ad n. 2574. 2576.

III.

2626 *Il collo di un' anfora colla seguente leggenda tracciata a caratteri rossi, il quale è stato riposto nel tempio di Mercurio* ACTA. Ego frustra quaesivi.

M·AMVLLIO
CMO

Acta 25. Sept. 1855.
Cfr. Zangemeister ad n. 737.

2627 In fragmento amphorae (VII) atramento scriptum; extat in thermis.

ΤᐣCC
ΊΑΤΙ////

Descripsi. Tab. XLI 5.
2 *Ati*[*ni*]?

2628 Im amphora WORDSW.

IA
M AVRELIO SOTERI

Wordsworth p. 30; inde Guarini in cippum osco-abell. p. 55 n. 2, Fasti ed. II p. 181 n. 21 et Jahn *Berichte der sächs. Ges. d. W.* 1857 p. 199.

2629 In amphora WORDSW.

AK
M·CAESI
CELERIS

Wordsworth p. 30; inde Guarini in cippum osco-abell. p. 56 n. 3, Fasti ed. II p. 181 n. 22 et Jahn *Berichte der sächs. Ges. d. W.* 1857 p. 199.
1 'Ακ(ρίτης) interpretatur Marquardt *R. A.* V 2 p. 73 n. 742, vix recte.

2630 *Frammento di terracotta colla leggenda:* ACTA.

XIX·FV·CARAE·

Acta 28. Nov. 1853.
Utrum pictus titulus sit an graphio scriptus sigillove impressus non liquet.

2631. 2632 *Idrie* ACTA.

2631 TIC·LAM
2632 TICISIMCSCH

Acta 2. Febr. 1771.
2631 TI·CLAVV Acta Fior.
2632 TI CISIMCSCH Acta Fior.

In utroque titulo *Ti. Claudii* cuiusdam nomen latere videtur, in 2632 fortasse *Ti. Claudii Moschi*. Novimus e programmatis Ti. Claudium Verum vd. n. 367.

2633 In amphora (VII) atramento scriptum; extat in thermis.

COLVMBVS

Infra ansam dextram impressum sigillum:

MR·PRC

Descripsi.
Infra priorem inscriptionem reliquiae evanidae extant alius tituli atramento scripti.

2634 *Anfora* (reperta cum n. 2620) *che in nero ha sul collo:*

DOMINA
ed alcuni segni.

Acta 24. Apr. 1861 apud Fiorellum *Giorn. degli scavi* 8. 9. 10 p. 375.

2635 *Idria* (reperta in suburbano quod dicitur Diomedis) *in parte rotta di forma alquanto diversa dalle solite per avere la bocca alquanto più grande ed il piede, alta pal.* $2\frac{1}{2}$; *nel collo vi è scritto a lettere nere* (ACTA FIOR.):

PXIIII
)CXXVIIII
A·COR:DI:PHILONS

e nell' altra parte dello stesso collo vi è scritto:

III
CT·CER

Acta 21 Mart. 1771; De Vega in Act. Fior. I 2 p. 120.
In priore titulo secutus sum apographum Mommseni; a quo differunt exemplaria

in Actis Fior.	apud De Vegam
P XIIII	P XIIII
P CXXVIIII	M·CORI·DI·PHIIENS
A·COR·DI·PHILONS	PCXXVIIII

In altero titulo omnia exemplaria consentiunt, nisi quod in Actis Fior. versuum divisio neglecta est.
3 *A. Cordi Philonis?*

2636. 2637 In duobus duarum amphorarum (VII) fragmentis atramento scriptum; extant in museo Neapolitano inscr. honor. col. 10 et 14 MOMMS., hodie ibidem *nella Sala dell' Ercole Farnese.*

2636 LLQE
NAMR
EXCEL
ATIIA UTIA 8
5 LXXX
M·COSCONISATVRNIN
Q AA

Descripsit Mommsen. Quod ego dispicere potui, dedi in tabula XLI 1 et hic exprimere conatus sum; addo potiorem Mommseni variam lectionem: 1 ///LLΞE — 2 ///TV///MV — 7 'XA omisso quod initio versus detegere mihi visus sum litterae vestigio. — 8 UTIA].

